




# **M. T. Ciceronis Pro lege Manilia oratio**

<https://hdl.handle.net/1874/420542>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board


ICERO 910. (eg) MATHE  
SICILIA CORDA. in DICTA  
CICERO 910 SI. CORDA  
BERIANI. 910 SI. CORDA  
CICERO 910 SI. CORDA

X. oct.  
125












125<sup>o</sup>

Litterae Latinae

Octavo n<sup>o</sup>. 125.



N 109 a

M. T. CICERONIS

PRO LEGE MANILIA ORATIO,  
EXPLICATA SCHOLIIS IACOBI  
OMPHALII ANDERNACI: IN QUIBUS PRÆTER  
ALIA QUÆDAM ANNOTATA DIGNISSIMA UT  
LISSIMACQUE, ARTIFICIUM QUOQUE OSTENDITUR.

Ex donatione  
H. B. B. B.



PARISIIS

Apud Simonem Colinaum.

1 5 3 4



ORNATISSIMO AC IV.  
ris prudēt. viro Haioni Hermano Phry-  
sio, Cæs. Maiest. Cons. apud Traiecten-  
ses, Iacobus Omphalius Andernacus S.

**C**um præstans illa in genuarum  
artiū dignitas hoc nobis suppe-  
ditet, vt nostri animi excelsa  
virtutis cōmentatione cōformati, in earū  
præcipuè rerum pulchritudinē incumbāt,  
quibus vel vitæ nostræ flexus in florenti  
Reip. tranquillitate exornetur, vel suam  
in periculis retineat commēdationem: tū  
illam non mediocrē nobis parit vtilitatē,  
quòd vt cæteræ ferè res omnes etiam bru-  
tæ suam vel cognationem, vel dissidium  
vnius cæli habēt beneficio, ita literarum  
studiosi homines naturæ quadā similitu-  
dine societatisq; consensioe deuincti, sese  
amēt atq; amplexētur. Nam quemadmo-  
dum raræ cuiusdā est felicitatis, sic Reip.  
administratione ciuilibúsq; rebus perfun-

gi, vt vel in negotiis sine periculo, vel in otio cū dignitate versemur: ita nō alia est vel firrior nominis existimatio, vel diuturnior gloria, q̄ quæ doctissimorū hominū gratia ac præsidio sit cōfirmata. Cum ipsa etiā rerū elemēta, nedū vniuersa ciuilitatis ratio sine hac officiorū cōmunitate, nec vī suā vllō cū fructu explicare, nec suā retinere possint æternitatem. Adeo nihil in hac immensa rerum vniuersitate existit, quod nō ilico à cæteris auulsum rebus corruat. Hic nimirū consensus ab optimarū artiū studiis profectus, & me videri potest ipulisse, ornatissime Haiō, vt qui antea cū infirmitatis meæ consciētia, tum etiā efflorescētis eruditionis tuæ fulgore deterritus, nihil ad te scribi oportere existimare: nūc mutata volūtate meas etiā nugastuo appendere nomini audeam. vt quantū mihi pudoris virtutis tuæ fortunæ q̄ incusserit amplitudo, tātū vicissim

## EPISTOLA

audaciæ addiderit humanitatis opinio.  
 Neq̃ tamē ita officii mei oblitus & ab om-  
 ni humanitatis sēsū remotus esse potui,  
 vt cuius mihi gratiam nulla nec ingenii,  
 quod mihi exile cōtigit, fama, nec studiorū  
 ratione fuisset demeritus, eū officii obru-  
 erē importunitate. Sed quēadmodū rustici  
 olim fecere homines, qui magnis opibus  
 destituti deorū sibi religionē mola salsa cō-  
 ciliarūt: ita ego tuā mihi benignitatē exili  
 hoc munere, sed quod tibi nec ingrātū, nec  
 iniucundū fore sperabā, acquirere. propte-  
 rea q̃ paruis in beneficiis, propēsa animi  
 volūtas: in magnis, præstātis facilitas so-  
 leat cōmendari. Quod eō etiā feci audaci-  
 us, quoniā orationis huius pulcherrimæ,  
 quæ in sūma populi dignitate grauissimā-  
 q̃ Reip. causa versatur, argumentū cōue-  
 nire tibi videbatur: qui singulari Cæs. M.  
 iudicio ad supremi cōsiliū fastigiū euectus,  
 tāta cū laude ac cōstātī omniū admirati-

one tuā vniuersis animi prudentiā decla-  
 ras, vt nulla iā res in his grauiss. tēporū  
 casibus tā perplexa atq; difficilis videri  
 queat, quā nō & cōsilio regere, & authori-  
 tate tueri, & virtute cōficere possis. Quis  
 enī te, quē natura ad omnē dignitatē atq;  
 decus excelsum finxit, in Reip. administra-  
 tione aut animi iudicio, aut cōsiliū magni-  
 tudine, aut eruditōis deniq; gloria præstā-  
 tior sine inuidiosa laudū tuarū obtrecta-  
 tione dici potest? vt mihi sanē iustissima  
 fuerit causa ex hoc tāto nominis tui splē-  
 dore vel meis lucubrationibus patrociniū  
 aduersus nouitatis inuidiā, vel nascēti ho-  
 nori quærere adiumentū. Velis igitur, pro  
 eximia naturæ tuæ bonitate has nostras  
 ānotationes suscipere, quas nuper in studi-  
 osæ iuuetutis gratiā, si quis fortē earū fu-  
 turus esset vsus, scriptas ideo tuæ dicaui-  
 mus dignitati, quò cæteris forēt cōmen-  
 datiores. Vale Lutetiæ, Calendis April.



ARGVMENTVM ORATIONIS.  
CVM MITHRIDATES Ponti rex atrox &  
maximū bellū vniuerso nomini Romano infer-  
ret, anno vrbs conditæ D. C. L. X. I. I. quo tempo-  
re primū diffidium ciuile in Ro. populi viscera  
glifcebat: eū Sylla primū magnis cladibus affe-  
ctum oppressit. Conuersum deinde, ac maiorib⁹  
q̄ antea copijs, adeoq; totius regni sui mole ceu  
quodam diluuiο totam penè Orientē ac Septē-  
trionem inuadentem L. Lucullus incredibili sus-  
perauit virtute: confecturus bellum vniuersum,  
nisi militū suorum imperium omne detrectan-  
tium virtute destitutus, aut à Senatu in vrbem  
fuiſſet reuocatus. Sæuiente interea Mithridate  
ac impunè grassante, C. Manilius Trib. pleb.  
legē tulit, vt Phrygia, Lycaonia, Galatia, Cap-  
padocia, ac cæteræ prouinciæ, quas antè Lucul-  
lus obtinuit, cum exercitu & nauali bello Cn.  
Pompeio mandarentur. Hac lege quoniā Pom-  
peij potentia, quæ multis formidolosa erat, ni-  
miū augeri, libertas publica vnus hominis ar-  
bitrio occupari, & Lucullus sua quasi victoriæ  
ac triumphī gloria priuari videbatur, Hortens-  
ius & Q. Catulus viri cōsulares legis promul-  
gationi intercedere conabantur, cæteris metu  
plebis conticentibus. Cicero contrā hac oratio-  
ne pulcherrima Quiritibus suadet, vt Pompeiū  
ad id bellum extra ordinē deligāt imperatorē.

DE CAUSAE ET COMPOSITIONIS  
GENERE.

CAUSAE genus est deliberatiuū, simplici ver-  
borū lenitate, ac temperata planè orationis cō-  
positione, sententijs q̄ verbis ornatiore excultū.

qualis ferè dictio in hoc genere esse solet. Nam  
vt deliberatio omnis popularè eorū conciliatio-  
nem habet, quos cōsulimus: ita consilia pruden-  
tia, fide & moderatione præcipuè constant, ac  
proinde moderata quadam compositionis leni-  
tate explicantur: nisi rei de qua agitur conditio  
hoc mutet. quæ si magna sit ac grauis, qualis vel  
populi dignitas, vel Reipublicæ causa esse so-  
let, genus quoq; dicendi grandius atq; illustrius  
desiderat. Cicero sanè ipse in libro de Oratore  
fatetur temperata se oratione orandi Pompeij  
copiam persecutum esse.

CONSTITVTIO CAVSÆ.

CAVSÆ huius status, quem Græci *σάσις* vocant, in quo hæc deliberatio vertitur, est coniecturalis: An Pōpei<sup>9</sup> Asiatico huic & regio bello sit præponendus? Hūc quo certiore animi iudicio iuuentus intelligat, ex suis partibus veluti mēbris eruamus. Videas enim cū in scholasticis disputationibus, tum etiā publicis in consultationib<sup>9</sup> pueriliter eos labi, nec quicq; dignū cōsultatione, dignū audientiū expectatione adferre, qui eius causæ, de qua ferēda est sentētia, statum negligūt. Ducitur autem status omnis, præterq; vbi crimen quod intenditur prima statim depulsione negatur, ex intētionē, depulsione, ratione, & firmamēto, vt sit hæc suadentis

INTENTIO.

Pompeius, in quo summa sint omnia, rei militaris scientia, virtus, authoritas, & felicitas, bello huic Asiatico est præficiendus.

DEPVLATIO.

SVMMA omnia in Pompeio infunt; sed nec

ideo huic tanto bello est præficiendus.

*αἰτία*, ID EST, RATIO QVAE DE  
pulsione confirmandę causa affertur. ęstque  
hęc multiplex.

NON oportet ad vnũ Pompeium omnia deferri. & Periculosum ęst, si huic regio bello præponatur Pompeius, cuius virtute vniuersę Reipublicę salus nititur: ne illius ruina (si quid humanitus accidat) totius ciuitatis spes simul concidat. Postremò, Nihil ęst noui, & cõtra veterum instituta faciendum.

*Σύνεχον*, HOC EST, FIRMAMENTUM  
ad labefactãdas rationes. Singulis enim singula opponuntur.

DEBENT ad vnum Pompeium omnia deferri, qui omnem oram finitimam intra quadraginta dies piratis ac furiosis latronibus liberauerit. Et, Quo minus certa, minus diuturna ęst hominis vita, eo magis in publica libertate propugnanda Pompeij virtute ęst fruendum. Item, Multa sunt noua ab ipso Catulo in Pompeio contra veterum exempla constituta.

EX HAC αἰτίῳ ἢ συνέχῳ conflictione nascitur status cõiecturalis. Sit ne Asiatico huic & regio bello præficiendus Pompeius.

SCIO hęc potuisse subtilius explicari, ego cõtentus fui, simplici quadam via puerorum iuuisse inquisitionem. Porrò orationis partes in commentarijs annotauimus.

1

M. TVLLII CICE-  
RONIS PRO LEGE MANI-  
LIA AD POPVLVM ORATIO,  
CVM ANNOTATIONIBVS IA-  
COBI OMPHALII.



Vanquam mihi semper  
frequens conspectus ve-  
ster multo iucūdissimus,  
hic autem locus ad agen-  
dum amplissimus, ad dicēdum or-  
natissimus est visus Quirites: tamē  
hoc aditu laudis, qui semper opti-  
mo cuiq; maxime patuit, nō mea  
me volūtas, sed meæ vitæ rationes  
ab ineunte ætate susceptæ prohi-  
buerunt. nam cum antea per ætatē  
nondum huius authoritatem loci  
contingere auderem: statuerémq;  
nihil huc, nisi perfectum ingenio,  
elaboratum industria, afferri oportere: omne meum tempus amico-

b.j.

rum tēporibus transmittendū putavi. ita neq; hic locus vacuus unquā fuit ab ijs, qui vestrā causam defenderent, & meus labor in privatorum periculis caste, integrēq; versatus, ex vestro iudicio fructum est amplissimum consecutus. nam cum propter dilationem comitorum ter prætor primus centurijs cunctis renuntiatus sum: facile intellexi Quirites, & quid de me iudicaretis, & quid alijs præscriberetis. Nunc cū & authoritatis in me tantum sit, quantum vos honoribus mandandū esse voluistis: & ad agendum facultatis tantum, quantum homini vigilāti ex forensi usu propè quotidiana dicendi exercitatio potuit afferre, certe & si quid etiam dicendo cōsequi possum, ijs ostendam potissimū, qui ei quoq;

rei fructū suo iudicio tribuendum esse censuerūt. Atq; illud in primis mihi lætandū iure esse video, quòd in hac insolita mihi ex hoc loco ratione dicendi, causa talis oblata est, in qua oratio nemini deesse potest. dicendum est enim de Gn. Pompeij singulari, eximiáq; virtute. huius autem orationis difficilius est exitū, quàm principium inuenire. itaque mihi nō tam copia, quàm modus in dicendo quærendus est.

Q V A N Q V A M M I H I S E M P E R.

**I** Ποίμιον ducit ab authoritate loci, quē prætor populi suffragationibus renūtiatus tum primum conscenderat, cum modesta ac populari Quiritiū apparatione. Nam & suas vitæ rationes, cum loci huius amplitudinem per ætatem contingere non posset, in ciuium fortunis propugnandis integrè versatas esse dicit: & ipsa denique compositionis gratia, profluentiq; lenitate deliberantium fauorem emeretur. Est autem in deliberationibus, vt nō semper necessarium, ita plerunq; breue exordium, & veluti caput quoddā, quod vel officij nostri, vel ipsius rei, quæ in deliberationem venit, fauorabilem habeat commendationē. N A M C V M  
b. ij.

ANTEA FER. ἀιτιολογία, priori expositioni subiecta : ne laboris potius fuga & desidia, quam ætatis culpa Romani populi causam neglexisse videatur. ITA NEQVE HIC LOCUS. Exposition τῆς ἀιτιολογίας per locum benevolentia, quam & à suo in civium periculis subleuandis labore, & auctæ sibi populari voluntate dignitatis commemoratione ducit.

NAM CVM PROPTER DILATIONEM. Cicëronem Plutarchus scribit in præturæ dignitate constanti populi suffragatione, ac incredibili voluntate summis & maximæ existimationis viris, quos præturæ cõpetitores habuit, prælatum esse: in eoque magistratu magnam integritatis laudem & splendorem ob iudicia castè integreq; cõseruata sibi acquisiuisse. NVNC QVVM ET AVTHORITATIS IN MBTANTVM. Redditio, qua priores exordij partes cõplectit atq; cõcludit. ATQVE ILLVD IN PRIMIS MIHI. Παρασκευὴ ad explicandas propositæ consultationis circumstantias, per locum docilitatis, qui huius generis præcipuus existit: quod eorum, quibus consilium damus, animi ad omnem benevolentia propensionem sint accommodati. DICENDVM EST ENIM. Proponit qua de re sit dicturus. ITA QVE MIHI NON TAM COPIA. Locus est attentionis breuiter enim se de singulari Pompeij virtute dicturum pollicetur.

Atq; vt inde oratio mea profiscatur, vnde hæc omnis causa du-

citur, bellum graue, & periculosum  
vestris vectigalibus, atque socijs, à  
duobus potētissimis regibus infer-  
tur, Mithridate, & Tigraue: quorū  
alter relictus, alter laceffitus, occa-  
sionem sibi ad occupādam Asiam  
oblatam esse arbitratur. Equitibus  
Romanis honestissimis viris afferū-  
tur ex Asia quotidie literæ: quorū  
magnæ res agūtur in vestris vecti-  
galibus exercendis occupatæ: qui  
ad me pro necessitudine, quæ mihi  
est cum illo ordine, causam reipub.  
periculāq; rerum suarū detulerūt:  
Bithyniæ, quæ nūc vestra provin-  
cia est, vicos exustos esse cōplures:  
regnum Ariobarzani, quod finiti-  
mum est vestris vectigalibus, totū  
esse in hostium potestate: Lucullū  
magnis rebus gestis, ab eo bello di-  
scedere: huic qui succurrerit, nō sa-



tis esse paratum ad tantum bellum  
 administrandum: vnum ab omnia  
 bus socijs, & ciuibus ad id bellum  
 imperatorem deposci, atq; expeti:  
 eundem hūc vnū ab hostibus me-  
 tui, præterea neminem. Causa  
 quæ sit videtis: nunc quid agendū  
 sit considerate. Primum mihi vide-  
 tur de genere belli, deinde de ma-  
 gnitudine, tum de imperatore de-  
 ligendō esse dicendum.

ATQVE VT INDE ORATIO MEA.

NARRATIO est belli occasio, ex qua  
 hæc deliberatio ducitur, breuis & suis virtutib<sup>9</sup>  
 ornata: sparsis passim argumentis, signis, & con-  
 filiorum rationibus, quibus ipsa rerum exposi-  
 tio fiat probabilior. Solet autē in genus delibe-  
 ratiuum narratio eius præsertim rei, de qua di-  
 cenda est sententia, nunquam incidere, sed sola  
 propositio: nisi eiusmodi forte sit, quæ vel ordi-  
 nem rei doceat: vel eas res gestas narret, ex qui-  
 bus cōsultatio nascatur: qualis hæc est. ALTER  
 RELICTVS, ALTER LACESSITVS.  
 Mithridates Pōti rex graui belli offensione ex-  
 agitatus, ac fœda rerum suarū desperatione im-  
 pulsus ad Tigranem Armeniæ regem confugit:

utrunq; postea L. Lucullus ingenti ruina ac cæ-  
 de profligauit, confecturus vniuersum bellum,  
 nisi ei imperium fuisset abrogatum: atq; ita Mi-  
 thridates relictus, Tigranes autem laceffitus Ci-  
 ceroni dicitur, estq; hic argumentum à belli oc-  
 casione & causa. **EQVITIBVS ROMA-  
 NIS.** Probabilem expositionem facit testimo-  
 nio Romanorum Equitum, id est, eorū qui Ro-  
 mani populi vectigalia conducebāt: quales sunt  
 publicani, portitores, decumani, pascuarij. **BI-  
 THYNIAE, QVAE NVNC VESTRA.**  
 Spargit argumenta ac signa, è quibus altera cō-  
 sultationis confirmatio eruitur: nempe, hoc bel-  
 li genus esse ita necessarium: vt sit gerendum.  
 Porro Bithyniæ regem Nicomedem, quòd suo  
 regno, vnde illum Mithridates expulerat, esset  
 à L. Sylla restitutus, Populum Ro. hæredem fe-  
 cisse L. Florus in epit. cōmemorat. **VNUM AB  
 OMNIBVS SOCIIS.** Finis narrationis, &  
 summaria sententia, ex qua causę huius consti-  
 tutio, quam *σάσις* Græci vocant, nascitur. nem-  
 pe, an sit ad hoc bellū deligendus imperator Pō-  
 peius? **CAVSA QVAE SIT, VIDETIS.**  
 Venusta transitio, qua deliberantium animos  
 expositionis sine reficit: & ad cōfirmationis in-  
 itium præparat. **PRIMUM MIHI VIDE-  
 TVR.** Partitio lucida ac breuis, opportunè huic  
 adhibita loco: vt appareat, quo sit ordine dictu-  
 rus: simul, vt hoc veluti auxilio, audientium me-  
 moriam confirmet.

Genus est enim eiusmodi, quod  
 maxime vestros animos excitare,

atq; inflāmare debet. agitur enim  
 salus sociorum, atque amicorum:  
 pro qua multa maiores vestri ma-  
 gna, & graua bella gesserūt. agun-  
 tur certissima populi Ro. vectiga-  
 lia, & maxima: quibus amissis, & pa-  
 cis ornamenta, & subsidia belli re-  
 quiretis. aguntur bona multorum  
 ciuium: quibus est à vobis & impe-  
 ratoribus reipub. consulendum. Et  
 quoniam semper appetentes glo-  
 riæ præter cæteras gentes, atq; au-  
 di laudis fuistis, delenda est vobis  
 illa macula Mithridatico bello su-  
 periore suscepta, quæ penitus iam  
 infedit, atque inueterauit in popu-  
 li Roma. nomine: quòd is, qui vna  
 die tota Asia, tot in ciuitatibus, vno  
 nuntio, atq; vna literarū significa-  
 tione ciues Ro. necādos, trucidan-  
 dósque denotauit, non modo ad-

huc pœnam nullã suo dignam scelere suscepit, sed ab illo tẽpore annum iam tertium & vigesimum regnat: & ita regnat, vt se nõ Ponto, neq; Cappadociæ latebris occultare velit, sed emergere è patrio regno, atque in vestris vectigalibus, hoc est in Asiæ luce versari. etenim adhuc ita vestri cum illo rege contenderunt imperatores, vt ab illo insignia victoriæ, non victoriã reportarent. triũphauit L. Sylla, triũphauit L. Murena de Mithridate, duo fortissimi viri, & summi imperatores: sed ita triumpharunt, vt ille pulsus, superatusq; regnaret. veruntamen illis imperatoribus laus est tribuenda, quòd egerunt: venianda, quòd reliquerunt: propterea, quòd ab eo bello Syllam in Italiam respublica, Murenã Sylla re-

uocauit. Mithridates autem omne reliquum tempus, non ad obliuionem veteris belli, sed ad comparationem noui contulit. qui posteaquam maximas ædificasset, ornassetq; classes, exercitúsque permagnos quibuscunq; ex gentibus potuisset, cõparasset, Bosphoranis finitimis suis bellum inferre simulasset, vsq; in Hispaniam legatos Ecbatanis misit ad eos duces, quibuscum tum bellum gerebamus: vt cū duobus in locis disiuñctissimis, maximéq; diuersis, vno cõfiliio, abvnis hostium copijs bellū terra mariq; gereretur: vos ancipiti cõtentione distracti de imperio dimicaretis. sed tamen alterius partis periculū, Sertorianæ, atq; Hispaniensis, quæ multo plus firmamenti, ac roboris habebat, Cn. Põpeij diuino consi-

lio ac singulari virtute depulsum est. in altera parte ita res à L. Lucullo summo viro est administrata, vt initia illa gestarū rerum magna, atq; præclara, nō felicitati eius, sed virtuti: hæc autē extrema, quæ nuper acciderunt, nō culpæ, sed fortunæ tribuenda esse videantur. Sed de Lucullo dicam alio loco, & ita dicam Quirites, vt neq; vera laus ei detracta oratione nostra, neque falsa afficta esse videatur. Sed pro vestri imperij dignitate, atque gloria, quoniam is est exorsus orationis meæ: videte quem vobis animū suscipiendū putetis. Maiores vestri sepe, mercatoribus ac nauiculato-ribus iniuriosius tractatis, bella gesserunt: vos tot ciuiū Ro. millibus, vno nuntio, atq; vno tempore necatis, quo tandem animo esse debe

tis? legati quòd erant appellati su-  
perbius: Corinthum patres vestri  
totius Græciæ lumen extinctū esse  
voluerunt. voseum regem inultū  
esse patiemihi, qui legatum populi  
Ro. consularem, vinculis, ac verbe-  
ribus, atque omni supplicio excru-  
ciatum necavit? illi libertatē ciuiū  
Ro. imminutam nō tulerunt: vos  
vitam ereptam negligetis? ius lega-  
tionis verbo violatum illi persecu-  
ti sunt: vos legatū populi Ro. om-  
ni supplicio interfectum, inultum  
relinquetis? videte, ne vt illis pul-  
cherrimum fuit, tantam vobis im-  
perij gloriam relinquere: sic vobis  
turpissimū sit, illud, quod accepi-  
stis, tueri & conseruare non posse.

GENVS EST ENIM EIVSMODI.

CONFIRMATIO à natura & genere bel-  
li, tota in qualitatem coniecta: qua & belli huius  
utilitas, & pacis dignitas, qui præcipui sunt loci  
generis deliberatiui, ostenditur, ad acquirens

dum deliberantium cōsensum. Nam quum uti-  
 litas in ijs ferè rebus spectetur, quæ vel nostris  
 insint corporibus, vel extra nos positæ, ad cor-  
 poris tamen incolumitatem animorumq; perti-  
 neant libertatem, cuiusmodi sunt, nominis glo-  
 ria, sociorum salus, pecuniæ ac vectigalia, ciuū  
 agri ac fortunæ: prudēter Cicero ac disertè hæc  
 omnia tractat. Hic autem primus confirmatio-  
 nis locus in hanc ratiocinationē conijcitur: Om-  
 ne bellum suscipiendum, in quo agitur populi  
 Romani gloria. Asiaticum hoc bellum est, in  
 quo populi Romani gloria agitur. Asiaticū igitur  
 bellū suscipiendum. Hanc argumentationē  
 multis probationibus primo loco munit: deinde  
 subiūgit alias. Porro hic vides, qd inter Dia-  
 lecticum & oratorem interfuit: vt quum pleros-  
 que argumentorum locos habeant communes,  
 illum tamen certis argumentationū formis uti:  
 hunc autem aliàs pluribus, aliàs pauciorib<sup>9</sup> par-  
 tibus δ ἐπιχέρημα munire, atq; exemplis illu-  
 strare. illum ordinem quem ars præscribit scrup-  
 pulosa argumentandi lege sectari: hunc magna  
 arte, artis ordinem & diligentiam dissimulare. il-  
 lum conari, vt paucis terminis, & quatenus fieri  
 potest verissimis fidem rei controuersæ faci-  
 at: hunc autem in hoc multum operæ & indu-  
 striæ ponere, vt non solum rebus probabilibus  
 faciat fidem: sed etiã, vt omni orationis copia,  
 varietate, splendore, exemplis, collationibus, om-  
 ni denique gratia ac venere in quencunque velit  
 animi habitum auditores efformet. Nam hi fere  
 magna ex parte ingenuarum ac liberalium ar-  
 tium sunt ignari, nec impelli ad consentiendum



nisi magnis eloquentiæ viribus, & quodam veluti affectus fulmine exuscitari possunt: tum autem ipsam illam animorum intentionem si dicendi artem intelligant, remittunt. Hæc diximus, ut iuuentus sciret, argumentorū *δικονομία* *απ*, quæ lectoris animum non raro fallere solet, ad animi iudicium diligenti commentatione esse reuocandam. quod ipsa & de alienis, & de suis scriptis rectius iudicare queat. **IN QVO AGITVR POPVLI RO.** Hæc est propositio minor siue assumptio, Asiatico hoc in bello populi Ro. gloriam agi. Ea rhetorum more, maiorem propositionem præcedit. quoniam & actius mouet: & ipsius rei, de qua consultatio instituitur, imaginem deliberantium animis subiicit inspicendam. Nec enim nudam proponit, sed maiorum instituto ad incitandos audientium animos expolit. **AGITVR SALVS SOCIORVM.** Subtextit eas quæstiones, quarum formis ac argumentationibus primam hanc de belli genere confirmationem est muniturus: ut ea orationis perspicuitate præsentis cõsultationis circumstantias non indicet solum, sed etiam Ro. populi animos ad consentiendum ipsa quæstionum turba permoueat: & deliberandi moram quodammodo tollat. **ET QVONIAM SEMPER APFETENTES GLO.** Probatio hæc est maior propositioni subiecta, qua explicat atque docet Romani nominis dignitatem in hoc formidolosissimo bello vehementer conuelli: eiq; turpissimam ignominiam famam inuri, nisi illam omnium belli apparatu deleant. Eius autem initium commode trahit à laudis studio, militarisque

disciplinæ gloria, qua Ro. populus permoueri solet: & affectus mouet ab indignitate rei, & grassandi ipunitate. APPETENTES GLO-  
 RIAE. Cum historiographi ferè omnes testen-  
 tur Ro. populum gloriæ admodum fuisse cupi-  
 dum: eamq; maximam in maximo imperio is-  
 tam esse duxisse: tum illud documento esse pos-  
 test, quòd iam inde à primo conditæ vrbs rudi-  
 mento ad interceptam à Gallis urbem, annos  
 circiter C C C L. nullo sumptu publico, sed so-  
 la gloriæ cupiditate stipèdia fecerit. VNO NVN-  
 TIO, ATQVE VNALITERARVM. Ap-  
 pianus memorat Mithridatē scriptis literis Asiæ  
 vrbiū præfectis imperasse, vt intra tricesimū  
 diem Romanos omnes Italosq; cū liberis, &  
 vxoribus contrucidatos bestijs obijcerent dila-  
 niandos. Hoc in cōflictu centum quinquaginta  
 milia ciuiū Romanorū sūt collisa. REGNAT:  
 ET ITA REGNAT. ἀναδίωλιωσις vehem-  
 entia causa per vim circuitiois, qua cuncta  
 grauiora fiunt. ET ENIM ADHVC ITA  
 VESTRI. Probat Mithridatē inuictum esse,  
 idque confirmat ab exemplo. TRIUMPHAS  
 VIT L. SYLLA. Concinnam facit orationē,  
 traductione, quam alij *ωλοκη* appellāt: eiusq;  
 finem *ἀντιθέσεως* specie exornat. superatúsque  
 (inquit) regnaret. VERVNTAMEN ILLIS  
 IMPERATOR. Excusatio siue præmunitio  
 tacitæ reprehensionis: ne L. Luculli & Murenæ  
 rebus gestis suam detraxisse laudem videatur:  
 quæ ipsa pleniorē habet gratiam orationis ad  
 id accommodata suauitate: & *ισοκώλω, ὁμοιο-*  
*ωλώτω, ὁμοιοτελεύτω* figuris expolita. Hæ

storiam præter Titum Liuium libro. 83. descri-  
 bit Appianus. **MITHRIDATES AVTEM**  
**OMNE**. Expositio est consilij regis Mithrida-  
 tis argumentationi inserta: vt appareat, quan-  
 tum detrimenti ac periculi ex pernicioso regis  
 conatu Romani nominis dignitati immineat.  
**BOSPHORANISQVE FINITIMIS**  
**SVIS**. Reuocato in urbē Syllia, Mithridates in-  
 gentem quibuscunq; ex gentibus cōparauit ex-  
 ercitus: cuius fama multorū sermonibus sparsa  
 variè Romanū populū affecit. & quòd Ro.  
 potentiam ita demum frāgi posse existimauit,  
 si à diuersis hostibus, disiuñctissimis in locis ob-  
 rueretur, Legatos vsq; in Hispaniam ad Serto-  
 rium misit, qui magnis pecuniarum ac nauium  
 pollicitationibus illum sollicitarent ad concedē-  
 dam Asiam. Horum persuasione adductus Ser-  
 torius, isto foedere, Cappadociam & Bithyniā  
 cōcessit Mithridati. ipse autem naues quadra-  
 ginta & talentū tria millia à Ponti rege ac-  
 cepit: author Plutarchus. **SED TAMEN AL-**  
**TERIVS PARTIS**. *παρεμβασις* in Pōpeij,  
 & L. Luculli res præclare gestas, quæ cum cau-  
 sæ hui⁹ & dignitate & utilitate sunt coniuncte.  
**SERTORIANAE ATQVE HISPAN-**  
**NENSIS**. Q. enim Sertorium à M. Antonio &  
 M. Perpenna coniuratis occisum esse Plut. scri-  
 bit. **ITA RES À L. LUCULLO**. L. Lu-  
 cullus cū Mithridate in Ponto prosperis expe-  
 ditionib⁹ congressus, supra sexagita hostiū mi-  
 lia occidit, ac regē vsq; in Armeniam fugauit.  
**HÆC AVTEM EXTREMA**. Addit τὸ  
*χρῶμα* occultæ rei deformitati: ne L. Lucullus

ob ingenij sui illiberalitatem, imperandiq; am-  
 bitionem potius, quàm inimicorum inuidiam  
 illius famam probris omnibus profundentium,  
 virtute militum, qui parère nolebant, destitut<sup>9</sup>  
 videatur. Hanc rem copiosè scribunt Plutarch<sup>9</sup>  
 & Appian<sup>9</sup>. **SED DE LVCVLLO DICAM.**  
 ἔπος δ' ἰωξίς laudis Luculli in locū opportunio-  
 rem: vt ad institutam argumētationem redeat.  
**SED PRO VESTRI IMPERII.** Hæc est  
 maior propositio τῆ ἐπιχειρήματος, cui<sup>9</sup> pars  
 duas, assumptionē & eius probationē ostens-  
 dimus, Omne, videlicet, bellum suscipiendum, in  
 quo Romani nominis gloria agit. **MAIORE S**  
**VESTRI SAEPE MER.** Probatio maio-  
 ris propositionis, loco rationis, ab exemplis ex  
 minoribus ad maiora ductis: quæ præcipuè ad  
 exhortationem, impellendosq; audientium an-  
 mos valent. **CORINTHYM PATRES.** L.  
 Mummius ante bellum Numantinū Corinthū  
 euertit, q; Romani legati sordibus è tectis pro-  
 iectis suffusi, per contumeliam ac probrum es-  
 sent exacti. Historiam amplius scribūt Strabo,  
 & Eutropius. **LEGATVM POP. RO. CON-**  
**SVLAREM.** Mancinum Attilium compre-  
 hensum, vinctum & ex asino hærentē tristi spe-  
 ctaculo circumduci iussit Mithridates: eiu<sup>9</sup>sq; os,  
 vt Romanis auaritiā obijceret, auro oppres-  
 sit. quæ rei indignitas occasionē huic tanto bel-  
 lo dedit. **VINCVLIS AC VERBERIBVS.**  
 Παθ<sup>9</sup> mouet à supplicij foeditate, ad cōcitandā  
 commiserationem. **VIDETE NE VT IL-**  
**LIS PVLCHER.** Complexio siue conclusio  
 argumentationis, Asiaticum igitur bellum est

## CICORATIO

fufcipiendū. Hanc venustè munit ἐνθυμήματα  
 à repugnātibus, quo ipsa vis suasionis fit acrior.

Quid, quòd falus fociorū sum-  
 mum in periculū, ac discrimen vo-  
 catur: regno expulsus est Ariobar-  
 zanes rex, socius populi Ro. atque  
 amicus: imminet duo reges toti  
 Asiæ, nō solum vobis inimicissimi,  
 sed etiam vestris socijs, atque ami-  
 cis: Ciuitates autem omnes, cun-  
 cta Asia, atq; Græcia, vestrum au-  
 xilium expectare propter periculi  
 magnitudinem coguntur: Impe-  
 ratorem à vobis certum depolce-  
 re, cum præsertim vos alium mise-  
 ritis, neq; audent, neque se id facere  
 summo sine periculo posse arbi-  
 trātur: vident, & sentiunt hoc idē,  
 quod & vos, vnum virum esse, in  
 quo summa sint omnia: & eum  
 propè esse (quo etiā carēt ægrius)  
 cuius aduentu ipso, atq; nomine,

tametsi ille ad maritimum bellum  
 venerit, tamē impetus hostium re-  
 pressos esse intelligunt, ac retardat-  
 os. hi vos, quoniā libere loqui nō  
 licet, tacite rogāt, vt se quoq; sicut  
 cæterarum prouinciarum socios,  
 dignos existimetis, quorum salutē  
 tali viro commendetis. atque hoc  
 etiam magis quā cæteros: quōd  
 eiusmodi in prouinciam homines  
 cum imperio mittimus, vt etiam si  
 ab hoste defendant, tamē ipsorum  
 aduentus in vrbes sociorum non  
 multum ab hostili expugnatione  
 differant. Hunc audiebant antea,  
 nunc præsentem vident, tāta tem-  
 perantia, tanta mansuetudine, tā-  
 ta humanitate: vt ij beatissimi esse  
 videantur, apud quos ille diutissi-  
 me cōmoratur. Quare si propter  
 socios, nulla ipsi iniuria lacesit ma-

iores vestri cum Antiocho, cū Phi-  
lippo, cum Aetolis, cū Pœnis bel-  
la gesserūt : quanto vos studio cō-  
uenit iniurijs prouocatos, sociorū  
salutem vnā cum imperij vestri di-  
gnitate defendere?

Q V I D, Q V O D S A L V S S O C I O R V M.  
Επιχείρημα secundum, & quinquepartitum:  
quo belli huius, in quo sociorum fortunæ defen-  
dūtur, vtilitatem cum Ro. populi dignitate cō-  
iunctam esse ad hūc ferè modum probat: Hoc  
in bello sociorū salus in discrimen vocatur. Om-  
ne tale bellum veterum exemplo est suscipien-  
dum. Hoc ergo bellum suscipiendum. S A L V S  
S O C I O R V M, S V M M V M I N P E R I C V L  
L V M, A C. Hæc est minor propositio siue as-  
sumptio, quam oratores non raro præponūt, q̄  
particularia diligentius moneant, & acius etiā  
audientium irritent animos, quasi ex immensa  
illa amplitudine in quandam veluti angustiam  
redactos: tum autem, vt dicendi artificium oc-  
cultent: Cum dialecticus contrā sua argumen-  
tandi forma & vniuersali vsus pronuntiato di-  
cere malit: omne bellū &c. R E G N O E X P V L  
S V S E S T A R I O B. Probatio assumptionis  
à signis impendentis periculi. C I V I T A T E S  
A V T E M O M N E S. Expolitio, quæ hic ma-  
iorē ppositionē præcedit ad belli huius vtilitatē  
explicadā à præiudicijs & volūtatibus sociorū  
populi Roma. V N V M V I R V M E S S E, I N

Q V O . Pompeium intelligit. estq; hæc præparatio à votis Asiaticorum & Græcorū ad causæ quæstionē . sit ne bellum Asiaticum & regium ad vnū Pōpeiū deferēdū. T A M E T S I I L L E A D M A R I T I M V M . Pompeius lege Gæbinia bello piratico præpositus, prædones omnes furiososq; latrones incredibili celeritate, felicitate, ac perpetua nominis sui gloria toto mari expulit . nam intra quadragesimum diem incruenta victoria vsus : nec vna quidem naue amissa : piratas in perpetuū exegit . Bellum hoc describunt Plutarch. in vita Pompeij, Plin. Vltimo illustrium virorum, Lucius Florus libro tertio capit. 6. Valerius Maxi. cap. 16. libr. 8. H O S T I L I E X P V G N A T I O N E D I F F E R A N T . Conquestio de auaritia quorundā prætorum per locum commiserationis. Vt collatione probet Pompeij continentiam. Hunc locum fusius tractat in postrema confutationis parte. Q V A R E S I P R O P T E R S O C I O S . Hæc est maior propositio, siue intentio: cuius vis est, Omne tale bellum veterum exemplo esse suscipiendum. Nec te mouebit, quòd orator occulta quasi arte, à minore, ad maius per quandam cōtentionē hunc locū ducat: quando illud ad indotæ plebis aures magis est accommodatū. Porro historias tibi Liuius memorabit . Q V A N T O V O S G A V D I O . Complexio huius quinquepartitæ argumentationis , cui aliam subiungit argumentationem.

Præsertim cum de vestris maximis vectigalibus agatur. nam cæ-



terarum prouinciarum vectigalia Quirites tanta sunt, vt his ad ipsas prouincias tutandas vix contenti esse possimus. Asia verò tam optima est, & fertilis, vt & vbertate agrorum, & varietate fructuum, & magnitudine passionis, & multitudine earum rerum, quæ exportantur, facile omnibus terris antecel-  
lat. Itaq; hæc vobis prouincia Quirites, si & belli vtilitatē, & pacis dignitatem sustinere vultis, non modo à calamitate, sed etiam à metu calamitatis est defendēda. nam cæ-  
teris in rebus, cum venit calamitas, tum detrimentum accipitur: at in vectigalibus, non solùm aduentus mali, sed etiam metus ipse affert calamitatem. nam cum hostium copiæ non longe absunt, etiam si ir-  
ruptio facta nulla sit, tamen peço-

ra relinquuntur, agricultura deseritur, mercatorum nauigatio con-  
quiescit. ita neq; ex portu, neq; ex  
decumis, neq; ex scriptura vectigal  
conseruari potest. quare sæpe to-  
tius anni fructus vno rumore pe-  
riculi, atq; vno belli terrore amitti-  
tur. Quo tandem animo esse exi-  
stimatis, aut eos, qui vectigalia vo-  
bis pensitant: aut eos, qui exercet,  
atque exigunt: cum duo reges cū  
maximis copijs propè adsint: cum  
vna excursio equitatus perbreui  
tempore totius anni vectigal au-  
ferre possit: cū publicani familias  
maximas, quas in salinis habent,  
quas in agris, quas in portubus at-  
que custodijs, magno periculo se  
habere arbitrētur? putatisne, vos il-  
lis rebus frui posse, nisi eos, qui vo-  
bis fructuosi sunt, conseruaueritis,

non solum (vt antea dixi) calamitate, sed etiam calamitatis formidine liberatos?

CUM DE VESTRIS MAXIME VECTIG. Argumētatio rhetorica, quinq; partita, quam collectionem vocant, venustè, & magna cum gratia, priori subiecta, vt belli genus atque vtilitatem, quæ huius est loci propria, ab omnibus doceat circumstantijs: ac rerum quadã vbertate impleat audiētes. Ea autem probat, hoc in bello Asiatico, de Romanis vectigalibus agi: cuius hæc est ppositio siue intentio. NAM CAETERARVM PROVINCIARVM. Ratio intentionis per collationem, qua ostendit Asiã, cuius vectigalia in discrimen veniunt, oĩbus terris atecellere. ITA QVE HAEC VOBIS. Cõprobatio πῆς ἀιπολογίαις. NAM CAETERIS IN REBUS. Exornatio, ad expoliendã præcedentem comprobationem: quæ collatione amplificatur & belli incõmodorum σιναθροισμῶ. QVARE SAEPE TOTIVS ANNI. Complexio, vectigalia, id est anni totius fructus, hoc bello in discrimen venire. QVO TANDEM ANIMO. πῆραύησις eius, quod extremum in cõplexione posuit: vt à sociorum Ro. populi voluntate & tacitis cogitationibus probet, quantum incõmodi etiam belli metus illis, qui vectigalia conducunt, afferte soleat. QVAS IN SALINIS HABENT. Plinius lib. 31. cap. 7. Ancum Martium regem memorat salis modia sex milia in congiario populo dedisse, sa

linasque primum instituisse. Earum autem vectigal, explosis regibus, sublatum, iterum impositum fuit Censor M. Liuius; ob id ipsum Salinator appellatus.

Ac ne illud quidem vobis negligendum est, quod mihi ego extremum proposueram, cum essem de belli genere dicturus: quod ad multorum bona civium Romae pertinet, quorum vobis pro vestra sapientia qui rones habenda est ratio diligenter. nam & publicani homines & honestissimi, & ornatissimi, suas rationes, & copias in illam provinciam contulerunt, quorum ipsorum per se res, & fortunæ vobis curæ esse debent. etenim si vectigalia nervos esse reipublice semper duximus: eum certe ordinem, qui exercet illa, firmamentum cæterorum ordinum recte esse dicemus. deinde cæteris ex ordinibus homines naui & industrii partim in Asia negotiantur, quibus

vos absentibus consulere debetis: partim eorū, in ea prouincia pecunias magnas collocatas habēt. Erit igitur humanitatis vestræ, magnū eorum ciuium numerum calamitate prohibere: sapientiæ, videre multorum ciuium calamitatem à repub. seiūctam esse non posse. et enim illud primū parui refert, vos publicanis amissa vectigalia postea victoria recuperare. neq; enim iisdē redimēdi facultas erit, propter calamitatem, neq; alijs voluntas, propter timorē: deinde quòd nos eadem Asia atq; idem iste Mithridates initio belli Asiatici docuit id, quod certe calamitate docti memoria retinere debemus. nam tū, cum in Asia res magnas permulti amiserunt: scimus Romæ solutione impedita fidem concidisse. non

enim possunt vna in ciuitate multi rem, atque fortunas amittere, vt non plures secum in eandem calamitatem trahant. à quo periculo prohibete républicam: & mihi credite id, quod ipsi videtis. hæc fides, atq; hæc ratio pecuniarû, quæ Romæ, quæ in foro versatur, implicita est cû illis pecunijs Asiaticis, & cohæret. ruere illa non possunt, vt hæc non eodem labefactata motu cecidant. quare videte, num dubitandum vobis sit, omni studio ad id bellû incumbere, in quo gloria nominis vestri, salus sociorû, vectigalia maxima, fortunæ plurimorum ciuium cum repub. defenduntur.

Quoniam de genere belli dixi, nunc de magnitudine pauca dicâ.

AC NE ILLVD QVIDEM VOBIS.  
Hac argumentatione, quæ quatuor constat partibus, & ordine ipso est quarta, belli huius &

dignitatem, & vtilitatem probat: q̄ in eo multorum bona ciuium agantur, quæ ruere nisi cõmuni omniũ malo nequeant: ẽstq; hæc propositio. **NAM ET PVBLCANI HOMINES.** Propositionis ratio per locum dignitatis. **ET ENIM SI VECTIGALIA.** Comprobatio rationis à consequenti. **EVM CERTE ORDINEM.** Ordinem dicit equestrem, ex quo decumani, aratores, publicani, pascuarij, alijque erant. **ERIT IGITVR HVMANITATIS.** Conclusio argumentationis. **ET ENIM ILLVD PRIMVM PARVI.** Προκαταλήξει deliberatium cogitationes occupat: monetque figurato arationis ductu, vt sua consilia publicis postponant rationibus: quod publicanorum fortunæ bello amissæ, multorum ciuium bona in eandem pertrahant calamitatem. **NEQVE ENIM IISDEM.** Probat quod proposuit, subiectis rationibus. **IISDEM REDIMENDI FACVLTA.** Redimere vectigalia publicani dicuntur, quum ex pacto certę pecuniæ vectigalia à censoribus conducunt: quæ postea suo, vel bono, vel incõmodo sint exacturi. Neq; enĩ aliud est redimere quàm cõducere. Nam & conductor, redemptor aut manceps, passim in Verrinis Ciceroni dicit. **NAM TVM, CVM IN ASIA.** Probat ab exemplo κατὰ ὁμοιοπαράδειχον. **NON ENIM POSSVNT.** Approbatio per locum communem. **A QVO PERICVLO.** Adhortatio, qua hunc locum concludit κατὰ ὑποτύπωσιν, vt belli vtilitas magis appareat. **QVARE VIDETE, NVMDVBITAND.** Generalis cõclusio primæ hu-

ius confirmationis de belli genere μετ' ἀνακεί-  
 φαλαιώσεως priorum partium: qua omnia al-  
 tius audiētium memoriæ affigit: & vniuersam  
 confutationis naturam ante oculos ponit: vt ar-  
 gumentationum, quæ per se singulæ minus mo-  
 uent, congregatione, deliberantium assensionē  
 sibi acquirat. Q V O N I A M D E G E N E R E  
 B E L L I. μετ' ἀβασίς, qua audientium animos  
 primæ confirmationis sine reficit, atq; ad sequē-  
 tem probationem commonitione quadam præ-  
 parat.

Potest enim hoc dici, belli genus  
 esse ita necessarium, vt sit gerendū:  
 non esse ita magnum, vt sit perti-  
 mescendum. in quo maxime labo-  
 randum est, ne forte à vobis, quæ  
 diligentissime prouidenda sunt, cō-  
 temnenda esse videātur. Atque vt  
 omnes intelligant me L. Lucullo  
 tantū impertiri laudis, quātū forti  
 viro, & sapiētissimo homini, & ma-  
 gno imperatori debeat: dico eius  
 aduentu maximas Mithridatis cō-  
 pias ōnibus rebus ornatas, atq; in-  
 structas, esse deletas, vrbémq; Asiæ



clarissimam, nobisq; amicissimam  
 Cyzicenorū obsessam esse ab ipso  
 rege maxima multitudine, & op-  
 pugnatam vehementissime: quam  
 L. Lucullus virtute, assiduitate, cō-  
 silio, summis obsidionis periculis li-  
 beravit. ab eodem imperatore clas-  
 sem magnam, & ornatam, quæ du-  
 cibus Sertorianis ad Italiā studio  
 inflammato raperetur, superatam  
 esse, atque depressam: magnas ho-  
 stium præterea copias multis præ-  
 lijs esse deletas, patefactūque no-  
 stris legionibus esse Pontū, qui an-  
 tē populo Romano ex omni adi-  
 tu clausus esset: Sinopē, atq; Ami-  
 sum, quibus in oppidis erant domi-  
 cilia regis omnibus rebus ornata,  
 atque referta, cæterasq; vrbes Pon-  
 ti, & Cappadociæ permultas, vno  
 aditu, atque aduētū esse captas: re-

gem spoliatum regno patrio, atq;  
 auito, ad alios se reges, atque alias  
 gentes supplicem contulisse: atque  
 hæc omnia saluis populi Romani  
 socijs, atque integris vectigalibus  
 esse gesta. Satis opinor hoc esse lau-  
 dis: atque ita reputo, vt hoc vos in-  
 telligatis, à nullo istorum, qui huic  
 obtrectāt legi, atque causæ, Luciū  
 Lucullū similiter ex hoc loco esse  
 laudatū. Requiretur fortasse nunc,  
 quemadmodum, cum hæc ita sint,  
 reliquum possit esse magnum bel-  
 lum. cognoscite Quirites. nō enim  
 sine causā quæri videtur. Primū ex  
 suo regno sic Mithridates profu-  
 git, vt ex eodem Ponto Medea illa  
 quōdam profugisse dicitur, quam  
 prædicant in fuga fratris sui mem-  
 bra in his locis, quā se parens perse-  
 queretur, dissipauisse: vt eorū colle-

ctio dispersa, mœrorq; patrius, celeritatem persequēdi retardaret. sic Mithridates fugiens, maximã vim auri, atque argenti, pulcherrimarũq; rerũ omniũ, quas & à maioribus acceperat, & ipse bello superiore ex tota Asia direptas in suũ regnum congesserat, in Ponto omnem reliquit. hæc dum nostri colligunt omnia diligentius, rex ipse è manibus effugit. ita illum in persequendi studio mœror, hos lætitia retardavit. hũc in illo timore, & fuga Tigranes rex Armenius cepit, diffidentẽmque rebus suis confirmavit, & afflictum erexit, perditũmque recreavit. cuius in regnũ postea quã L. Lucullus cum exercitu venit, plures etiã gentes cõtra imperatorem nostrum concitæ sunt. erat enim metus iniectus

ijs nationibus, quas nunquam populus Romanus, neque laceffendas bello, neq; tentandas putauit.

POTEST ENIM HOC DICI. Confirmatio alterius partitionis partis de magnitudine belli per locum vtilitatis, quæ impendentis periculi circumstantijs, hoc est, duorum regum perniciosa potentia, turbulenta offensarum gentium concitatione, classibus ac populi defectionibus per coniecturam excutitur. Neque illud fallere quenquam debet, quod Cicero dicat, belli genus ita esse necessarium, vt sit gerendum: quæ si ille locus à necessario sit ductus, quæ nos facimus vtilitatis. Nam necessarium in deliberationem eam, quæ de rebus faciendis est, & in vtranq; tractari potest partem, non incidit: quod necessitas humanis impediri consilijs nequeat. & si quid ideo nobis necessario faciendum videtur, vt grauiora vitemus pericula, haud dubie ad vtilitatis quæstionem referri potest. Vt si Romani necesse habeant, aut bellum hoc Asiaticum aduersus potentissimos reges suscipere: aut in libertatis suæ ac rerum omnium venire periculum, erit nimirum de ipsa rei vtilitate consultiō: cum alterum facere possint. quare & hic locus est vtilitatis. IN QVO MAXIME LAB. Exuscitat audientium animos à propositæ consultationis magnitudine, per locum attentionis. ATQVE VT OMNES INTELLIGANT. *Ἐπιθέσις* in rerum à L. Lucullo præclare gestarum commemorationem: ex quibus præsentat.

d.j.

tis negotij deliberatio deducitur. Eius fauorabilem facit ingressum quadam veluti præfatione vsus: ne nimio studio prædicandi Pompeij, quicquam laudis rebus à Lucullo gestis detraxisse videatur: cuius potius triumpho, quàm conatibus succedere Põpei⁹ est creditus. **MITHRIDATIS COPIAS.** Lõgum mihi videbatur, & luxuriosæ propemodum diligentiaẽ vniuersam historiam ad hunc locũ pertinentem ascribere: cum eam tam multi commemorarent, Aprianus Alex. in suo Mithridatico, Plutarchus in vita Syllæ & L. Luculli, Cicero in oratione pro Archia poeta, Plinius de viris illust. Iustinus li. 37. Augustinus ciuit. dei lib. 3. cap. 22. Valerius Maximus lib. 4. cap. 6. Florus lib. 3. cap. 5. quare satis est locum indicasse. **CYZICENORVM.** Cyzicum Asiae vrbs nobilis arce, mœnib⁹, portu, turrib⁹q; marmoreis, magnis conatibus est depressa à Mithridate, quam rem amplius scribunt Front. libro 2. cap. 1. 4. & 3. Plinius libro 5. cap. 32. Strabo lib. 12. **LVCVLLVS VIRTVTE.** Lucius Florus præcipuam virtutis laudem Lucullo attribuens, Mithridates (inquit) per quadraginta annos restitit. donec tribus ingentibus bellis subactus felicitate Syllæ, virtute Luculli, magnitudine Pompeij cõsumeretur. **SATIS OPINOR HOCESSE LAVD.** Commonitio & veluti μικρὸς ἐπίλογος laudis Luculli. **REQVIRETVR FORTASSE.** Προλήψια tacite quæstioni respondet, vt appareat bellum hoc Asiaticum à Lucullo non esse confectum: simul vt hac præmonitione Quirites commoneat, ne quod diligentia prouidendũ

fuerit, negligentia subterfugiant. **COGNOSCI**  
**TE QVIRITES.** Locus attentionis, quo Ro-  
 populum ad sequentes præparat probationes.  
**PRIMUM EX SVO REGNO.** Probatio ma-  
 gnitudinis, & periculi huius belli à fuga Mithri-  
 datis per similitudinem, quæ magnam hoc in lo-  
 co & gratiam & vires habet, quod ex rebus pe-  
 nè paribus sit ducta: & rei ipsius de qua consul-  
 tatio instituitur ὑποτύπωσις ac imaginem de-  
 liberantium oculis subijciat: tantòq; magis per-  
 suadeat, quanto cuiusque animus ipsa imagine  
 vel ad commiserationem, vel ad iram præmo-  
 ueatur. **PONTO MEDEA ILLA.** Medea  
 patrem Oetam Colchorum regem ob factam  
 prodicionem, subductumq; aureum vellus fugi-  
 ens, vt patris sui persecutione elaboretur, Ægia-  
 lei fratris, quæ fugæ comitem habuit, discriptū  
 corpus, diuisaque membra aduentanti patri ob-  
 iecit: cuiusque persequendi celeritatem, filij luctu  
 ac funesta lacerati corporis inspectione retarda-  
 uit. **SIC MITHRIDATES.** ἀνταπόδοσις  
 similitudinis redditio. **MAXIMAM VIM AV-**  
**R I.** Cum Mithridates Cyzicum nobilissimam  
 Asiaticæ plage ciuitatem hostili exercitu obsi-  
 deret, ac iam L. Luculli aduentu partim territus,  
 partim etiam fame atq; pestilentia coactus re-  
 cederet, Lucullus eum abeuntem affecutus, tan-  
 ta hominum pecorumq; strage cecidit, vt Gra-  
 nicus & Asopus amnes ex confluenti sanguine  
 cruenti sint redditi. Rex autē callidissimus, &  
 non ignarus Romanæ auaritiæ, vt Stratagemas  
 te hostem falleret, cui suis resistere viribus non  
 posset, dispergi à fugiētibus sarcinas, ac magnā  
 d.ij.

pecunię vim abijci iussit: cuius collectione insequentes Romanos moraretur, eaque occasione effugeret. Hoc mihi videtur Alarici Gotthorū regis exemplo fecisse, qui à Stilicone victus, simili ferè modo hostium insectationes retardauit. Tryphon Syrię rex, vt scribit Front. lib. 2. cap. 13. grauissima belli offensione afflictus, ac rebus desperatis, in plena fuga pecunias per totum iter sparsit: quas cum Antiochi Equites colligerent, ipse hostium telis est elapsus. HUNC IN ILLO TIMORE. Alia probatio à conjunctione regum potentissimorum, communi subsidio acceptę cladis vltionem parantium: vt doceat ita necessariū & magnum hoc esse bellum, vt negligi nō debeat. CONFIRMAUIT, ET AFFLICTVM EREX. Splendidam facit orationem ac concitatam καθ' ὁμοιότητος καὶ ὁμοιότητος. ERAT ENIM METVS. ἀιτιολογία probationi subiecta.

Erat etiam alia grauis, atque vehemens opinio, quę per animos gentium barbararum peruaserat, fani locupletissimi & religiosissimi diripiendi causa in eas oras nostrū exercitum esse adductum. Ita nationes multę, atq; magnę nouo quodam terrore ac metu concitabantur. Noster autē exercitus, etsi vr-

bem ex Tigranis regno ceperat, & prælijs vsus erat secūdis: tamen nimia longinquitate locorum: ac desiderio suorum cōmouebatur. Hic iam plura non dicam. fuit enim illud extremum: vt ex his locis à militibus nostris reditus magis maturus, quàm processus lōgior quæretur. Mithridates autem & suam manum iam confirmarat: & eorū, qui se ex eius regno collegerant, & magnis aduentitijs multorum regum, & nationum copijs iuuabatur. hoc iam ferè sic fieri solere accepimus, vt regum afflictæ fortunæ facile multorum opes alliciant ad misericordiam, maximèque eorum, qui aut reges sunt, aut viuunt in regno, vt regale ijs nomen magnum, & sanctū esse videatur. Itaq; tantum victus efficere potuit, quā-



tum incolumis nūquam est ausus optare. nam cum se in regnum recepisset suum, nō fuit eo contētus quod ei præter spem acciderat, vt illam posteaquam pulsus erat, terram vnquam attingeret, sed in exercitum vestrum clarum atque victorem impetum fecit. Sinite hoc loco Quirites, sicut poëtæ solent, qui res Romanas scribunt, præterire me nostram calamitatem, quæ tanta fuit, vt eam ad aures L. Luculli non ex prælio nuntius, sed ex sermōe rumor afferret. Hic in ipso illo malo, grauissimáq; belli offensione L. Lucullus, qui tamē aliqua ex parte ijs incōmodis mederi fortasse potuisset: vestro iussu coactus, quòd imperij diuturnitati modū statuendum veteri exemplo putauistis: partem militum, qui iam sti-

pendijs cōfectis erant, dimisit: partem Glabrioni tradidit. multa prætereò consultò, sed ea vos cōiectura perspicitis, quantum illud bellū futurum putetis, quod coniungāt reges potentissimi, renouēt agitatę nationes, suscipiant integræ gētes, nouus imperator vester accipiat veterē expulso exercitu. Satis mihi multa verba fecisse videor, quare hoc bellum esset, genere ipso necessarium, magnitudine periculosum. restat vt de imperatore ad id bellū deligendo, ac tantis rebus præficiēdo dicendum esse videatur.

ERAT ETIAM ALIA GRAVIS. Vehemens probatio, & cum ad persuadendum, tum etiam belli periculosissimi magnitudinem ostendendam efficax, ab ipsa Barbararum gentium concitatione, estque hic locus à rumore. NOSTER AVTEM EXERCITVS. Artificiose dat ἡ ἔσθμα occultæ rei foeditati: ne diceret Lucullum à militibus desertum esse, eorumque seditione impeditam victoriæ summā, quod Lucullo verti probro potuit. Is enim, ne  
d. iij.

solidam victoriæ gloriam ex depressis duobus regibus referret, in causa fuere legiones Valeriae ne imperium omne detrectantes, quod sua impleuissent stipendia. Plutarchus sane eas scribit ad defectionem à P. Clodio sollicitatas: & magna etiam ex parte intolerabili L. Luculli superbia atque auaritia fuisse offensas. **HIC IAM PLURA NON DICAM.** Commonitio, qua transit à rebus Luculli ad aliam probationem. obseruat autem prudenter τὴν τὴν δικονομίαν τῆς χυμῆς, ne diutius in ijs quæ obstant immoretur. **MITHRIDATES AVTEM.** Alia probatio periculi magnitudinisque belli Asiatici, à forma exercitus, id est, auctis copijs regis Mythridatis, cuius defensionem suscipiant integre gentes. **HOC IAM FERESIC FIERI.** Commonitio sensus prioris per locum communem. Magnum autem nomen & sanctum dixit intactum, ab omnium iniurijs defensum, & quod citra graue piaculum attrectari nequeat. quo modo ferè definit Vlpianus. Liuius frequenter arium sanctum, & tribunitiam potestatem sacro sanctam vocat. Simile autem huic sententiæ est illud apud Ciceronem pro Deiotaro: Semper regium nomen in hac ciuitate sanctum fuit. **ITAEQUE TANTVM VICTVS.** Commonitio prioris approbationem ἐνθυμήματα ῥητορικῶς à repugnantibus: cuius partes sunt, propositio & eius ratio. **SINITE HOC LOCO.** Παράληψις, quam alij ἀπόφασιν, Cicero occupationem, nonnulli præteritionem vocant: qua se belli atrocitatem, quo omnia maiora, quam vt dicendo proferri possint, videantur, præterire simulat per

conquestionem, ad eliciendam misericordiam.  
 NON EX PRAELIO NVNTIVS. Triario  
 siquidem L. Luculli legato cum Mithridate pu  
 gnante, septem hominum milia, centum quin  
 quaginta centuriones, quatuor & viginti tribus  
 ni militum sūt occisi. HIC IN IP SO ILLO  
 MALO. Παρασκευῆ ad novum imperatorem,  
 Pompeium scilicet, Asiatico bello præponendū.  
 MVLT A PRAETEREO CONSVLTO.  
 ἐπίλογος huius cōfirmationis, qua bellum Mi  
 thridaticū ipso genere esse necessarium, & ma  
 gnitudine periculosum per coniecturam ostens  
 dit: cum ipsarum probationis partium congreg  
 atione ad reficiendam consultantium memo  
 riam. SATIS MIHI MVLT A VERBA.  
 Μεταβάσει monet eorum Quirites, quæ dixerit,  
 & postea sit dicturus.

Vtinam Quirites virorum for  
 tium, atq; innocentium copiam tan  
 tam haberetis, vt hæc vobis delibe  
 ratio difficilis esset, quænam potiss  
 simum tantis rebus, ac tanto bello  
 præficiendum putaretis. Nunc ve  
 ro cum sit vnus Cn. Pópeius, qui  
 non modo eorum hominum, qui  
 nunc sunt, gloriam, sed etiam anti  
 quitatis memoriam virtute supe

rarit: quæ res est, quæ cuiusquam  
animum in hac causa dubium fa-  
cere possit? Ego enim sic existimo,  
in summo imperatore quatuor has  
res inesse oportere: scientiã rei mi-  
litaris, virtutem, authoritatem, feli-  
citatẽ. quis igitur hoc homine sci-  
entior vnquã aut fuit, aut esse de-  
buit? qui è ludo, atq; pueritię disci-  
plina, bello maximo, atq; acerris-  
mis hostibus, ad patris exercitum,  
atq; in militiæ disciplinã profectus  
est: qui extrema pueritia miles fuit  
summi imperatoris: ineunte adole-  
scentia maximi ipse exercitus im-  
perator: qui sæpius cum hoste con-  
flictus, quàm quisquam cum inimi-  
co concertauit: plura bella gessit, quã  
cæteri legerunt: plures prouincias  
confecit, quàm alij concupiuerunt:  
cuius adolescentia ad scientiam rei

militaris non alienis præceptis, sed suis imperijs: nõ offensionibus belli, sed victorijs: non stipendijs, sed triũphis est traducta. quod deniq; genus belli esse potest, in quo illũ nõ exercuerit fortuna reipublicæ? Ciuile, Africanũ, Transalpinum, Hispaniẽse, mistum ex ciuitatibus, atq; ex bellicosissimis nationibus, seruile, nauale bellũ, varia & diuersa genera & bellorum, & hostium, nõ solũ gesta ab hoc vno, sed etiã confecta, nullam rem esse declarant in vsu militari positã, quæ huius viri scientiam fugere possit.

VTINAM Q VIRITES, VIRORVM. Cõfirmatio, quam in partitione fecit ordine tertiam, de imperatore ad id bellũ deligendo. Huius ciuilem facit ingressum, ne videatur cupidẽ cæteros contemnere, eisq; vnũ antepone re Pompeium: vt hac occasione in consultantũ animos admittatur. Potest autem hæc orationis pars, ob popularem Pompei laudem omnibus locis amplificatam ad genus demonstratiuum referri.

**GLORIAM, SED ETIAM ANTIQVI**  
**TATIS MEMORIAM.** Plinius lib. septi-  
 mo, cap. 26. summam pulcherrimarum laudum  
 gloriam Pompeio Magno attribuit: eiusq; titu-  
 los ac triumphos non modo cū Alexandri Ma-  
 gni rerū fulgore, sed etiam Herculis propē ac  
 Liberi patris cōferre audet. **EGO ENIM SIC**  
**EXISTIMO.** Ratiocinatio Rhetorica quatu-  
 or partium, quarum hęc prima est, intentio nē-  
 pe aut propositio. Eius autem vis hęc est: Quis-  
 quis has res habet, scientiam rei militaris, virtu-  
 tem, authoritatem, & felicitatem, ad hoc bellū  
 deligendus est imperator. Pompeius præcipuē  
 has res habet. Ad hoc igitur bellum deligendus  
 imperator. Atq; hęc postrema est confirmatio.  
**QVIS IGITUR HOC HOMINE.** Hęc est  
 assumptio: siue minor propositio mirificē am-  
 plicata. Nam & Pompeio scientiam rei mili-  
 taris, virtutem, authoritatem, & felicitatem in-  
 esse declarat: & singulis virtutis formis suas sub-  
 iicit probationes. **BELLO MAXIMO.** Bel-  
 lum dicit aduersus Cinnā, imperatore Cn. Pō-  
 peio Strabone huius patre, susceptum: sub quo  
 Pompeius ætatis suæ anno decimosextimo sti-  
 pendia fecit: ac postea extrema pueritia L. Syllę  
 fuit miles. **PLURA BELLA GESSIT.**  
 ὑπερθολῆ rerum à Pompeio gestarum laudem  
 extollit ad concitandam illius admirationē: &  
 orationis dignitatem figuris illustrat. **QVOD**  
**DENIQVE GENVS BELLI.** Amplificat  
 res à Pōpeio gestas συναθροισμῶ, vt eius vsum  
 militarem declaret. Fuit autem Pompeius va-  
 rio fortunæ euētū exercitus, **IN BELLO CI**

VILI: cuius initiū Cornel. Cinna, Cn. Octauio Cofs. ortū ex discordia est: cū ad populū referretur, vt quos senat<sup>9</sup> hostes iudicasset, reuocaretur. IN AFRICANO, quod incredibili omnium admiratione vicesimo quarto ætatis suæ anno, aduersus Cn. Domitiū & Hiericam Numidiæ regem gessit. TRANSALPINO, cū Gallis gesto, ob iter in Hispaniam Romanis interclusum. HISPANIENSI, in quo Pompeius Metello additus ancipiti ferè acie Sertorij vires in Hispania attriuit: donec Hispaniæ, factionis suæ pœnas funestas luentis, ciuitates aliquot in Romanam dederentur fidem, & Sertorius domestica oppressus fraude occumberet. MISTO EX CIVITATIBVS, Id est feruili bello. Nam cū tria in Italia bella feruilia fuerint, hoc ortum memoratur ex gladiatoribus, qui Capuæ ex ludo Lentuli eruperant: quo tempore Lucullus cum Mithridate præliū iniuerat. IN NAVALI, quod cū Piratis gestum est. VARIA ET DIVERSA GENERA. Clausula huius loci, qua transit ad laudem virtutis Pompeij.

Iam vero virtuti Cn. Pompeij quæ potest par oratio inueniri? quid est, quod quisquã aut dignū illo, aut vobis nouum, aut cuiquam inauditum possit afferre? nō enim illæ sunt solæ virtutes imperatorie,



quę vulgo existimãtur, labor in ne-  
 gotijs, fortitudo in periculis, indu-  
 stria in agendo, celeritas in confi-  
 ciendo, consilium in prouidendo:  
 quę tanta sunt in hoc vno, quãta in  
 omnibus reliquis imperatoribus,  
 quos aut vidimus, aut audiui-  
 mus, non fuerunt. testis est Italia, quã ille  
 ipse victor L. Sylla huius virtute, &  
 consilio cõfessus est liberatam. te-  
 stis est Sicilia, quam multis vndiq;  
 cinctam periculis, nõ terrore belli,  
 sed celeritate consilij explicauit. te-  
 stis est Africa, quę magnis oppres-  
 sa hostium copijs, eorum ipsorum  
 sanguine redūdauit. testis est Gal-  
 lia, per quam legionibus nostris in  
 Hispaniã iter, Gallorum interneci-  
 one patefactũ est. testis est Hispa-  
 nia, quę sepissime plurimos hostes  
 ab hoc superatos prostratosq; cõ-

spexit. testis est iterū, & sepius Ita-  
 lia: quæ cum seruili bello tetro, pe-  
 riculosóq; premeretur, ab hoc au-  
 xiliū absente expetiuit: quod bellū  
 expectatione Pōpeij attenuatum,  
 atq; imminutū est, aduētū sublatū,  
 ac sepultū. testes vero iam omnes  
 oræ, atq; omnes extereꝝ gētes, ac na-  
 tiones: deniq; maria omnia, tū vni-  
 uersa, tum in singulis oris omnes si-  
 nus, atque portus. quis enim toto  
 mari locus per hos annos, aut tam  
 firmum habuit præsidium, vt tutus  
 esset? aut tã fuit abditus: vt lateret?  
 quis nauigauit, qui nõ se, aut mor-  
 tis, aut seruitutis periculo commit-  
 teret? cum aut hyeme, aut referto  
 prædonum mari nauigaretur. hoc  
 tantum bellum, tam turpe, tam ve-  
 tus, tam late diuisum, atq; disper-  
 sum, quis vnquam arbitraretur, aut

ab omnibus imperatoribus vno  
 anno, aut omnibus ānis ab vno im-  
 peratore cōfici posse? quā prouin-  
 ciā tenuistis à prædonibus liberam  
 per hosce annos? quod vectigal vo-  
 bis tutū fuit? quē sociū defendistis?  
 cui, præsidio classibus vestris fuistis?  
 quā multas existimatis insulas esse de-  
 fertas? quā multas aut metu relictas,  
 aut à prædonibus captas vrbes esse  
 sociorū? sed quid ego lōginqua cō-  
 memoro? fuit hoc quōdā, fuit pro-  
 priū populi Ro. lōge à domo bel-  
 lare, & ppugnaculis imperij, socio-  
 rum fortunas, nō sua tecta defēde-  
 re. socijs vestris ego mare clausum  
 per hosce annos dicam fuisse? cum  
 exercitus nostri Brundusio nūquā  
 nisi summa hyeme transmiserint.  
 quid ad nos cum ab exteris natio-  
 nibus venirēt, captos querar? cum

legati populi Ro. redēpti sint. mer-  
 catoribus tutum mare nō fuisse di-  
 cam? cū duodecim secures in præ-  
 donū potestatē peruenerint. quid  
 aut Colophonem, aut Samum no-  
 bilissimas vrbes, innumerabilēsque  
 alias captas esse cōmemorem? cum  
 vestros portus, atq; eos portus: qui-  
 bus vitā, & spiritum ducitis, in præ-  
 donum fuisse potestatē sciatis, an  
 vero ignoratis portum Caietæ ce-  
 leberrimum, atq; plenissimum na-  
 uium, inspectante prætorē, à præ-  
 donibus esse direptum? ex Miseno  
 autem, eius ipsius liberos, qui cum  
 prædonibus antea ibi bellum gesse-  
 rat, à prædonibus esse sublato? nā  
 quid ego Hostiense incōmodum,  
 atq; illam labem, atq; ignominiam  
 reipublicæ querar? cum propè in-  
 spectātibus vobis, classis ea, cui cō-

ful populi Roma. præpositus esset,  
 à prædonibus capta, atq; oppressa  
 est. Prò dij immortales, tantáne  
 vnus hominis incredibilis ac diui-  
 na virtus, tam breui tempore lucē  
 afferre reip. potuit? vt vos qui mo-  
 do ante ostium Tyberinum clas-  
 sem hostium videbatis, ij nūc nul-  
 lam intra oceani ostium prædonū  
 nauem esse audiatis.

IAM VERÒ VIRTVTI CN. Παράυξησης  
 à virtute Cn. Pompeij: cui<sup>9</sup> magnitudinem κα-  
 τὰ ἐρώτημα extollit. NON ENIM ILLAE  
 SVNT SOLAE. Extenuatione eorum, quæ  
 natura sunt & magna & admirabilia, illustri-  
 rem facit Põpeij laudē per contētione: qua om-  
 nia attolluntur. TESTIS EST ITALIA.  
 Approbatio à præiudicato & signis, cū illustri  
 atq; illuminata rerū à Põpeio gestarū expoli-  
 tione. Porro historias describunt diuersis in lo-  
 cis L. Florus, Eutropius, Orosius, Plutarchus in  
 vita Marij & Pompeij, Solinus, Appianus &c.  
 QVIS ENIM TOTOMARI. Confirmatio  
 ab asseueratione. HOC TANTVM BEL-  
 LVMI. Huius belli fœditas in Romani populi  
 contumeliã cõuersa, primum exarsit in Asia,  
 quam Mithridates bello concusserat, quo velus

ti rupto humani generis foedere, perditū ac fur-  
 riosi latrones in vniuersum nomen Romanum  
 impunē grassabantur: & quasi non satis sibi fo-  
 ret hic terrę ambitus, in aquas suas defilierunt,  
 quō latius sæuissent: donec omnem hęc pestem  
 toto mari dispersam magnus ille ac felix Pomi-  
 peius in perpetuum extinxit. Bellum hoc Pira-  
 ticum amplius scribunt Liuius lib. 99. Plutar-  
 chus in vita Pompeij. Plinius capi. ultimo illus-  
 trium virorum. Val. Maxi. lib. 8. capite 16. A B  
 VNO IMPERATORE. ὁπερβολὴ ad am-  
 plicationē. SED QUID EGO LONGINA  
 QVA. Commonitio sui, ad dissimulandam ni-  
 miam Pompeij prædicandi diligentiam. FVIT  
 HOC QVONDAM FVIT. Conduplica-  
 tio per locū communē. SOCIIS VESTRIS  
 EGO MARE. Amplificatio laudis Pompeij  
 per locum comparationis, qua pristinam Ro-  
 manę reipublicę ruinam ac cladem terra mar-  
 itique acceptam cum illa Reipublicę dignitate  
 cōfert, quam diuina Pompeij virtus pepererat.  
 Spargit autem querelas & affectus, quibus con-  
 sultantium animi ipsa quasi afflictę Reipu-  
 blicę commemoratione impulsī, in vnus Pom-  
 peij admirationem plenius incumbant. D V O S  
 DECIM SECVRES. Prætori Romano præ-  
 ter regia insignia cōsularēsque ferme apparatus,  
 non dabantur nisi sex numero lictores: & quōd  
 hic dicat duodecim secures, intelligendum est  
 de duobus prætoribus Sextilio & Belino, quos  
 cum lictoribus & insignibus captos scribit Plu-  
 tarchus. VESTROS PORTVS, A T Q V B  
 EOS. Conduplicatio vehementiæ causa. Por-  
 e.ij.

tus autem dicit, quos iam enumeravit: Caes-  
tam, Misenum, & Hostiam.. NAM QUID  
E G O. Præteritio, & ἐκκῶρ concitandis affectibus  
opportunum. PR Ò DII IMMORTALES.  
Exclamatione alteram comparationis partem  
complectitur.

Atque hæc qua celeritate gesta  
sint, quanquã videtis, tamen à me  
in dicendo prætereunda non sunt.  
Quis enim vnquã, aut obeundi ne-  
gotij, aut consequèdi quæstus stu-  
dio, tam breui tẽpore, tot loca ad-  
ire, tantos cursus conficere potuit,  
quàm celeriter Cn. Pompeio duce  
belli impetus nauigauit? qui Sici-  
liam adiit, Africam explorauit, in-  
de Sardiniam cum classe venit, nõ-  
dum tempestiuo ad nauigandum  
mari: atque hæc tria frumentaria  
subsidia reipub. firmissimis præsi-  
dijs, classibúisque muniuit, inde se  
cum in Italiam recepisset, duabus  
Hispanijs, & Gallia cisalpina, præ-

fidijs, ac nauibus confirmata, mis-  
 sis item in oram Illyrici maris, &  
 in Achaiam, omnemque Græciam  
 nauibus, Italiæ duo maria maxi-  
 mis classibus, firmissimisque præ-  
 fidijs adornauit: ipse autem, vt à  
 Brūdusio profectus est, vndequin-  
 quagesimo die totam ad imperiū  
 populi Romani Ciliciam adiun-  
 xit: omnes qui vbique prædones  
 fuerunt, partim capti, interfecti-  
 que sunt, partim vnus huius im-  
 perio, ac potestati se dediderunt.  
 Idem Cretensibus, cum ad eum  
 vsque in Pamphyliam legatos de-  
 precatorésque misissent, spem de-  
 ditionis non ademit, obsidésque  
 imperauit. Ita tātum bellum, tam  
 diuturnum, tam longe latéque di-  
 sperfum, quo bello omnes gentes,  
 ac nationes premebantur, Cn. Pō-



peius extrema hyeme apparuit,  
 incunte vere suscepit, media æstas  
 te confecit. Est hæc diuina, atq; in-  
 credibilis virtus imperatoris. quid  
 cæteræ, quas paulo antè comme-  
 morare cœperam, quantæ, atque  
 quàm multæ sunt? non enim so-  
 lum bellandi virtus in summo atq;  
 perfecto imperatore quærēda est,  
 sed multæ sunt artes eximiæ, hu-  
 ius administræ, comitésque virtu-  
 tis. Ac primum, quanta innocen-  
 tia debent esse imperatores? quan-  
 ta deinde omnibus in rebus tem-  
 perantia? quanta fide? quanta feli-  
 citate? quanto ingenio? quanta hu-  
 manitate? quæ breuiter, qualia sint  
 in Cn. Pompeio, consideremus.  
 summa enim sunt omnia Quiri-  
 tes. sed ea magis ex aliorum con-  
 tentione, q̄ ipsa per se se cogno-

sci, atque intelligi possunt, quem enim possumus imperatorem aliquo in numero putare, cuius in exercitu veneant centuriatus, atque venierint? quid hūc hominem, magnum, aut amplum de Republ. cogitare, qui pecuniam ex ærario desumptam ad bellum administrandum, aut propter cupiditatem provinciæ magistratibus diuiserit, aut propter auaritiam Romæ in questu reliquerit? vestra admurmuratio facit Quirites, vt agnoscere videamini, qui hæc fecerint. ego autē neminē nomino. quare irasci mihi nemo poterit, nisi qui antè de se uoluerit confiteri. Itaq; propter hanc auaritiam imperatorum, quantas calamitates, quocunque ventum sit, nostri exercitus ferant, quis ignorat? itinera, quæ per hosce an-

nos in Italia per agros, atque oppi-  
 da ciuiũ Ro. nostri imperatores fe-  
 cerunt, recordamini: tum facilius  
 statuetis, quid apud exteras natio-  
 nes fieri existimetis. vtrum plures  
 arbitramini per hosce annos mili-  
 tum vestrorum armis hostium vr-  
 bes, an hybernis, sociorum ciuita-  
 tes esse deletas? neque enim potest  
 exercitum is continere imperator,  
 qui seipsum nõ cõtinet: neq; seue-  
 ruse esse in iudicando, qui alios in se  
 seueros esse iudices nõ vult. Hic mi-  
 ramur hũc hominẽ tantũ excellere  
 cæteris, cuius legiones sic in Asiam  
 peruenerũt, vt non modò manus  
 tanti exercitus, sed ne vestigiũ qui-  
 dem cuiq̃ pacato nocuisse dicatur?  
 Iã vero quẽadmodũ milites hyber-  
 nẽt, quotidie sermones, ac literẽ p-  
 ferũtur: nõ modò vt sumptũ faciat

in militē, nemini vis affertur: sed ne cupiēti quidē cuiquā permittitur. hyemis enim, nō auaritię perfugiū maiores nostri in sociorum, atque amicorum tectis esse voluerunt.

ATQVE HAEC QVA CELERITAS  
 TE. Amplificatio à celeritate & felicissimo bel-  
 lorum successu, quæ Pompeius incredibili ani-  
 mi virtute confecit: κατ' ἀντίθεσιν, qua ipsa res-  
 rum gestarum expositio fit illustrior. QVI SI-  
 CILIAM ADIIT. Plenissimè hanc historiā  
 referunt inter cæteros Appianus & Plutarchus.  
 Vocat autem Siciliam, Africam, & Sardiniam  
 tria frumētaria subsidia: quæ ea fructuū vbertate,  
 vectigalium copia, & earum rerum omniū, quæ  
 vel ad victum, vel ad fortunam populi Roma-  
 ni pertinebant, multitudine cæteris terris ante-  
 cellerent. T. Livijs bello Punico secundo simi-  
 lem ad modum Siciliam & Sardinia duo Rei-  
 publicæ horrea appellavit. ITA TANTVM  
 BELLVM. Conclusio huius loci. EST HAEC  
 DIVINA. ἐπιφώνημα, qua Pompeij virtu-  
 tem extollit. QVID CAETERAE? QVA &  
 PAVLO. Venusta & insignis amplificatio à  
 Pōpeij singulari virtute, quā hoc in loco in suas  
 formas diuisione vsus distribuit: vt quæadmodū  
 turba pleraque magis valeat, quā sigillatim propo-  
 sita, ita etiam his virtutis formis maiorem lau-  
 dis admirationem concitet: & ipsam orationis  
 compositionē faciat sublimiorē iucundiorēque.

**AC PRIMVM, QVANTA.** Propositio, per locum attentionis à magnitudine virtutum Pōpeij ductum. **QVEM ENIM POSSVMVS.** Comparatione, qua præcipuè rerum amplificationes expoliuntur, contentionèq; eorum impetratorum, qui sua avaritia, iniurijs ac libidinibus labem ac pestem Romanæ reipublicæ asperserunt, Pompeij innocentiam commendat. **VESTRA ADMVRMVRATIO.** Præmunitione remouendę calumniandi suspicionis gratia. **QVARE IRASCI MIHI.** Qui enim prius, quàm nominatim taxatus fuerit, læsum se queritur, is sanè aut factiosi animi temeritatem declarat: aut admiffæ culpæ prodit conscientiam. **RECORDAMINI: TVM FACIL.** Παθὸς ποίῃα commiserationem mouet ab afflicta populi Romani sociorūmque fortuna. **NE QVEM ENIM POTEST EXERCITVM.** Argumentum à difficiliōri. Hanc autem sententiam his verbis exprimit Cicero actione in Verrem quinta: Legem enim sibi ipsi indicunt innocentia, continentia, virtutūmque omnium, qui ab altero rationem vitæ reposcunt: atque eo magis, si id, vt antè dixi, faciunt nulla re commoti, nisi utilitate cōmuni. Nam qui sibi hoc sumpsit, vt corrigat mores aliorum, aut peccata reprehēdat, quis huic ignoscat, si qua in re ipse ab religione officij declinarit? Plato sanè tales in Republica ciues esse oportere existimabat, quales essent principes. Cuius sentētig est, cōsimilis illa Herodiani lib. 1. in vita Cōmodi: φιλέῃ γάρ πως αἰεὶ τὸ ὑπὲρ κοῦν εἶναι τῆς τῶ ἀρχόντος γνώμης βίβη. Principes enim exemplo, quod misera fe

rè plebs sequitur, omnium peccant grauissimè.  
 HIC MIRAMVR. Accommodat Pompeij  
 innocentiam comparationi: eamque probat à si-  
 gnis & rumore, qui quidam veluti ciuitatis est  
 consensus. HYEMIS ENIM, NON AVAR.  
 Parua conclusio huius comprobationis per lo-  
 cum communem ab instituto veterum.

Age vero cæteris in rebus qua-  
 si sit temperantia considerate. unde  
 illam tantam celeritatem, & tam  
 incredibilem cursum in itum puta-  
 tis? non enim illum eximia vis re-  
 migum, aut ars inaudita quædam  
 gubernandi, aut venti aliqui noui,  
 tam celeriter in vltimas terras per-  
 tulerunt: sed hæc res, quæ cæteros re-  
 morari solent, non retardarunt. nõ  
 auaritia ab instituto cursu ad præ-  
 dam aliquam reuocauit, non libi-  
 do ad voluptatem, non amœnitas  
 ad delectationem, nõ nobilitas vr-  
 bis ad cognitionem, non deniq; la-  
 bor ipse ad quietem, postremo signa,  
 & tabulas, cæteraq; ornamenta Græ

corum oppidorum, quæ cæterit ol-  
 lenda esse arbitrantur, ea sibi ille ne-  
 visenda quidem existimauit. Itaq;  
 omnes quidē nunc in his locis Cn.  
 Pompeium sicut aliquem non ex  
 hac vrbe missum, sed de cælo lapsū  
 intuentur: nunc denique incipiunt  
 credere, fuisse homines Romanos  
 hac quondā abstinentia, quod iam  
 nationibus exteris incredibile, ac  
 falso memoriæ proditum videba-  
 tur. nunc imperij nostri splendor il-  
 lis gentibus lucet: nunc intelligūt,  
 non sine causa maiores suos tum,  
 cum hac temperantia magistra-  
 tus habebamus, seruire populo Ro-  
 mano, quàm imperare alijs maluis-  
 se. Iam vero ita faciles aditus ad eū  
 priuatorum, ita liberæ querimonię  
 de aliorum iniurijs esse dicūtur: vt  
 is, qui dignitate principibus excel-

lit, facilitate par infimis esse videatur. Iam quantum consilio, quantum dicendi grauitate & copia valeat, in quo ipso inest quædam dignitas imperatoria, vos Quirites hoc ipso in loco sæpe cognostis. Fidem vero eius inter socios quãtam existimari putatis? quã hostes omnium gentiũ sanctissimam esse iudicarint. Humanitate iam tãta est, vt difficile dictu sit, vtrum hostes magis virtutem eius pugnantes timuerint, an mansuetudinem victi dilexerint. Et quisquam dubitabit, quin huic tãtum bellum hoc trãmittendum sit? qui ad omnia vestræ memoriæ bella conficienda, diuino quodam consilio natus esse videatur.

AGE VERÒ, CAETERIS IN REBUS. Transit ab innocentia Pompeij ad laudem temperantiæ, quam in illo summam fuisse ab antea actis rebus, incredibili profectiois celeritate,



& vitæ ratione ab omni alienarū rerum cupiditate remotissima probat κατ' ἀντίθεσιν, ad illustrandam illius abstinenciam avarissimorū hominum qui cum imperio fuerunt, collatione. **NON LIBIDO AD VOLVPTATEM.** Ea enim continentia fuisse Pompeium Plutarchus refert, vt fugatis Mithridate ac Tigra- ne regibus, ex omnibus pellicibus Mithridatis, quot quot captæ fuerant, nullam stupri commercio exceperit: sed saluas atque integras suis restituit parentibus ac necessarijs. **SIGNA, ET TABVLAS.** Signorum atq; tabularum, id est picturarum vsus iam inde à deuicta Asia immodicus cum incredibile luxuria in Italiã irrepsit: eorūq; tantum fuit Romanis studium atque cupiditas, vt propemodū infatiabilis videretur. Nam M. Scaurus Ædilis tria signorum milia in scenam produxit magno rei miraculo: & Mummius deuicta Achaia orbem repleuisse dicitur: multa postea Lentuli cæteriq; inuexere. quod factum est, vt pleriq; imperatores ac prætores in consularibus prouincijs parum temperanter se habuerint. testatur passim Cicero in Verrinis. **ITA QVE OMNES QVIDEM NVNC.** Probatio à pronuntiatis. **ROMANOS HAC QVONDA M.** Hæc animi magnitudo (inqt Cicero in oratione pro Flacco) in maioribus nostris fuit, vt in priuatis rebus minimo contenti essent: in imperio atq; publica dignitate omnia ad gloriam & splendore reuocarent. Habes abstinentiæ clara exempla M. Curij, Fabritij, Pauli Æmilij, cæterorūq; apud Val. Maxi. lib. 4. cap. 3. apud Ciceronem in officijs & paradoxis.

SERVIRE POPVLO ROMANO. *Complexio à repugnantibus. IAM VERÒ ITA FACILES ADITVS.* Facilitatem Pompeij probat à pronuntiato per locum à repugnantibus, qui plurimum hic conciliationis ac gratiæ habet. *IAM QVANTVM CONSILIO.* A consilio amplificat. *FIDEM VERÒ EIVS.* Pompeij fidē probat argumento à minori. nec hæc fidei commendatio parvam habet laudem: quando Romanis omni vtilitate antiquior fuerit fides: & qua abrogata vniuersa humanæ vitæ societas tollatur. de hac plura lege apud Macrobium satur. lib. 1. Senecam, Val. Maxi. lib. 6. *HVMANITATE IAM TANTA.* Admirabiliorē facit Pompeij humanitatē *uær' à πος γίαρ*, & orationem splendidiorē facit loco à repugnantibus. *ET QVISQVAM DVBITABIT.* Clausula à maiori, hoc bellū Asiaticum Pompeio esse transmittendum, qui ad omnia bella conficienda sit natus.

Et quoniam authoritas multum quoque in bellis administrandis, atque imperio militari valet: certe ne mini dubium est, quin ea in re ille idem ipse imperator plurimū possit. vehementer autem pertinere ad bella administranda, quid hostes, quid socij de imperatoribus vestris

existiment, quis ignorat? cum sciamus homines in tantis rebus, ut aut contemnant, aut metuant, aut odierint, aut ament, opinione non minus fame, quam aliqua certa ratione commoueri. quod igitur nomen vnquam in orbe terrarum clarius fuit? cuius res gestae pares? de quo homine vos, id quod maxime facit authoritatem, tanta, & tam praecelara iudicia fecistis? An vero vsquam vllam esse oram tam desertam putatis, quod non illius diei fama peruasit, cum vniuersus populus Romanus referto foro, repletisque omnibus templis, ex quibus hic locus conspici potest, vnum sibi ad commune omnium gentium bellum Cn. Pompeium imperatorem deposcit? Itaque ut plura non dicam, neque aliorum exemplis confir-

mem, quantum huius authoritas  
 valeat in bello, ab eodem Cn. Pō-  
 peio omniū rerum egregiarū exē-  
 pla sumantur, qui quo die à vobis  
 maritimo bello præpositus est im-  
 perator, tanta repēte vilitas anno-  
 ne ex summa inopia, & caritate rei  
 frumētarię cōsecuta est, vnius spe,  
 & nomine, quātam vix ex summa  
 vbertate agrorū diuturna pax effi-  
 cere potuisset. Iam verò accepta in  
 Ponto calamitate ex eo prælio, de  
 quo vos paulo antè inuitus admo-  
 nui, cū socij pettimuisset, hostium  
 opes, animiq; creuisset, cū satis fir-  
 mū præfidiū prouincia nō haberet,  
 amisissetis Asiā Quirites, nisi idip-  
 sum eius tēporis diuinitus Cn. Pō-  
 peiū ad eas regiones fortuna popu-  
 li Ro. attulisset. huius aduentus, &  
 Mithridatem insolita inflāmatū vi

ctoria cōtinuit, & Tigranē magnis  
 copijs minitantē Asiæ retardauit.  
 & quisquā dubitabit, quid virtute  
 profecturus sit, qui tantū authori-  
 tate profecerit? aut q̄ facile impe-  
 rio, atq; exercitu socios, & vectiga-  
 lia conseruaturus sit, qui ipso no-  
 mine, ac rumore defēderit? Age ve-  
 rò, illa res quantam declarat eiusdē  
 hominis apud hostes populi Ro.  
 autoritatē, quòd ex locis tam lon-  
 ginq; tam diuersis, tam breui tē-  
 pore omnes vnà huic se dediderūt:  
 quòd Cretensium legati, cū in eo-  
 rum insula noster imperator, exer-  
 citúsq; esset, ad Cn. Pompeium in  
 vltimas propè terras venerunt, ei-  
 que se omnes Cretensium ciuita-  
 tes dēdere velle dixerūt? Quid? idē  
 ipse Mithridates, nōne ad eundē  
 Cn. Pompeium legatum vsque in

Hispaniam misit: eumque Pompeius  
 us legatum semper iudicavit: ij, qui-  
 bus semper erat molestum ad eum  
 potissimum esse missum, speculato-  
 rem, quam legatum iudicari ma-  
 luerunt. Potestis igitur iam consti-  
 tuere Quirites, hanc auctoritatem  
 multis postea rebus gestis, magnis-  
 que vestris iudicijs amplificatam,  
 quantum apud illos reges, quantum  
 apud exteras nationes, valituram  
 esse existimetis. Reliquum est ut  
 de felicitate, quam præstare de se-  
 ipso nemo potest, meminisse, &  
 commemorare de altero possumus,  
 sicut æquum est homini de pote-  
 state deorum, timide, & pauca di-  
 camus.

ET QUONIAM AVTHORITAS. Trã-  
 situs à cæteris animi virtutibus ad Pompeij au-  
 thoritatem: cuius vim in bellis administrandis  
 plurimum valere hac ratiocinatione rhetorica  
 ex quinque partibus constituta probat ad hunc

modum: Quisquis in rebus publicis administrādis plurimum habet authoritatis, is huic bello erit præponēdus. Huic propositioni suam deinde subiicit rationem. Pompeius in rebus publicis administrādis plurimum habet authoritatis. éstque hæc assumptio, quam exemplis comprobabat. Pompeius ergo. & cætera. **VEHEMENTER AVTEM PERTINERE.** Ratio prioris propositionis: Imperatoris authoritatem vehementer pertinere ad bella administrāda. **QVOD IGITUR NOMEN.** Assumptio quæ ipsa in interrogatione fit concitator, nempe: Pompeium in rebus publicis administrandis plurimum habere authoritatis. **IN ORBE TERRARVM CLARIVS FVIT.** Cn. Pompeius magnam nominis gloriam admirationemque sibi apud cunctas gētes ex rerum præclare gestarum magnitudine conciliauit. Nam in Sicilia recuperanda egregiam operam adolescēs nauasse dicitur. & Syllæ partes secutus, Domitio ingenti clade expugnato, ac Iarpa rege capto, totam subegit Africam. & quoniam de ea adolescens pubertatis annos neq; dum egressus, (id quod ante nemo) triumphasset, lætis omnium acclamationibus ab vniuerso Syllæ exercitu Magnus est salutat. Inde maiore animo in Hispaniam profectus, communi Metelli consilio auxiliōq; Sertorium cum vniuersa factione sustulit. Post lege Gabinia imperator creatus, ac bello præfectus piratico, furiosos prædones ac animalium in morem grassantes toto mari intra quadragesimum subegit diem. Reuocato deinde L. Lullulo successit, atq; de Mithridate triumphauit.

Tigranem regem deuictum, & inter miserādas lachrymas ad genua procūbentē in regnū remi-  
 fit. ita vnus homo īsigni nominis fama, ex Asia,  
 Pōto, Armenia, Paphlagonia, Cappadocia, Cili-  
 cia, Syria, Scythis, Iudæis capto eorū rege Ari-  
 stobolo, Albanis, Iberia, Creta, Basternis trium-  
 phauit: idignus q̄ post cladē Pharsalicā tā foedē  
 interimeret. **ITA QVE VT PLVRA NON  
 DICAM.** Cōprobatio assumptionis ab exem-  
 plis. **ET QVISQVAM DVBITABIT.** Ar-  
 gumentū à faciliōri, per cōiecturā, quo huius cō-  
 sultationis quæstio iuuatur. **AGE VERÒ, IL-  
 LARES.** Amplificatio cōprobationis ab ex-  
 emplis, quò pleni⁹ Pōpeij declaret autoritatē.  
**II, QVIBVS SEMPER ERAT.** Metellū  
 & Perpēnā tacito sensu significare videtur, quo-  
 rū omnē penē laudē Pōpeius aduersus Sertoriū  
 missus in se trāstulit. **POTEST IS IGITVR  
 IAM CONSTITVERE.** Cōplexio quinq̄  
 partitæ ratiocinationis: Pōpeius igitur ad tantū  
 bellū est p̄ficiēdus. **RELIQVVM EST VT  
 DEFELICITATE.** Trāsitiō ad Pōpeij felis-  
 citatem cum quadam p̄amunitione.

Ego enim sic existimo, Maxi-  
 mo, Marcello, Scipioni, Mario,  
 & cæteris magnis imperatoribus,  
 non solum propter virtutem, sed  
 etiā propter fortunā, sapius impe-  
 ria mādāta, atq; exercitus esse com-



missos: fuit enim profecto quibusdam summis viris quædam ad amplitudinem, & gloriam, & ad res magnas bene gerēdas diuinitus adiuncta fortuna. de huius autē hominis felicitate, quo de nunc agimus, hac vtar moderatione dicendi, non vt in illius potestate fortunam positam esse dicam, sed vt præterita meminisse, reliqua sperare videamur: ne aut inuisa dijs immortalibus oratio nostra, aut ingrata esse videatur. Itaque non sum prædicaturus Quirites, quātas ille res domi, militiēq; terra, mariq; quātatāq; felicitate gesserit: vt eius sæper volūtatibus nō modo ciues assenserint, socij obtēperarint, hostes obdierūt, sed etiā vēti, tēpestatēsq; obsecūdarint. hoc breuissime dicā, neminē vnq̄ tā impudētē fuisse, qui à

dijs immortalibus tot, & tãtas res tacitus au-  
 deret optare, quot, & quãtas dij immortales ad Cn. Põpeiũ de-  
 rulerũt. quod vt illi ppriũ, ac perpetuũ sit Quirites, cũ cõmunis sa-  
 lutis, atq; iperij, tũ ipsius hominis causa (sicuti facitis) velle, & optare  
 debetis. Quare cũ & bellũ ita neces-  
 sariũ sit, vt negligi nõ possit: ita ma-  
 gnũ, vt accuratissime sit administrã-  
 dũ: & cũ ei iperatoreĩ præficere pos-  
 sitis, in quo sit eximia belli sciẽtia,  
 singularis virtus, clarissima autho-  
 ritas, egregia fortuna: dubitabitis  
 Quirites, quin hoc tantum boni,  
 quod à dijs immortalibus oblatũ,  
 & datum est, in rempub. conseruã-  
 dam, atque amplificandam conse-  
 ratis? Quòd si Romæ Cn. Pompe-  
 ius priuatus esset hoc tempore, ta-  
 men ad tantum bellum is erat deli-

gendus, atq; mittendus: cū ad cæteras summas vtilitates hæc quoque opportunitas adiungatur, vt in his ipsis locis adsit: vt habeat exercitū, vt ab ijs, qui habēt, accipere statim possit, quid expectamus? aut cur non ducibus dijs immortalibus, eisdem, cui cætera summa cum salute Reipublicæ commissa sunt, hoc quoque bellum regium committimus?

EGO ENIM SIC EXISTIMO. Hæc argumentatione quatuor partium, quæ artificiosè in postremum hūc cōfirmationis locū adseruatur, quòd in ea causæ huius cōstitutio magis appareat, summā in Pōpeio felicitatē ad istū ferè modū probat: Omnibus ferè imperatoribus ob felicitatē imperia sunt mādata. Huic addit deinde rationē: Pōpeius summā habet felicitatē. Pōpeio igitur hoc imperiū mandandū est autē hæc ppositio. **EVIT ENIM PROPECTO. RATIO PPOSITIONIS. DE HVIVS AVTEM HOMINIS.** Præcastigatio ad deuitādā orationis insolentiam. **ITAQVE NON SVMPRAEDI CATTRVS.** Prolepticōs infert assumptionē. **QVOD VT ILLI PROPRIVM.** Complexio argumentationis cū breui adhortatione.

QVARE CVM ET BELLVM. Epilogus generalis totius confirmationis cum enumeratione eorum argumentorum, quibus hanc partem muniuit, ad causæ exitum cognoscendum.

QVOD SI ROMÆ CN. POMPEIVS. Annectit epilogo expositionem καὶ ὑποδείξει, & veluti ex abundanti fiduciæ causa: vt ab ipsa loci exercitûsque opportunitate ostēdat, nemini rectius præterquam vni Pompeio Asiaticum bellum mandari posse: idque probat diuino testimonio.

At enim vir clarissimus Reipu. & vestris beneficijs amplissimis affectus, Q. Catulus, itémque summis ornamentis honoris, fortunæ, virtutis, ingenij præditus, Q. Hortensius ab hac ratione dissentiunt. quorū ego authoritatem apud vos multis locis plurimum valuisse, & valere oportere cōfiteor. sed in hac causa, tametsi cognoscitis authoritates contrarias fortissimorum virorum, & clarissimorum: tamen omissis authoritatibus, ipsa re, & ratione exquirere possumus veritatē.

atque hoc facilius, quò de ea omnia,  
 quæ adhuc à me dicta sunt, ijdem  
 isti vera esse concedunt, & necessa-  
 rium bellum esse, & magnum, & in  
 vno Cn. Pópeio summa esse om-  
 nia. Quid igitur ait Hortensius? si  
 vni omnia tribuenda sunt, vnum  
 dignissimum esse Pompeium: sed  
 ad vnum tamen omnia deferri nõ  
 oportere. Obsoleuit iam ista ora-  
 tio, re multo magis, quàm verbis  
 refutata. nam tu idem Q. Horten-  
 si multa pro tua summa copia ac  
 singulari facultate dicendi, & in se-  
 natu contra virum fortem. A. Ga-  
 binium grauiter, ornatèq; dixisti,  
 cum is de vno imperatore contra  
 prædones constituendo legem pro-  
 mulgasset, & ex hoc ipso loco per-  
 multa idem cõtra legem verba fe-  
 cisti. quid tum per deos immorta-

les, si plus apud populum Romanum authoritas tua, quàm ipsius populi Ro. salus, & vera causa valisset, hodie hanc gloriam, atque hoc orbis terræ imperium teneremus? an tibi tum imperiū esse hoc videbatur, cum populi Ro. legati, prætores, quæstorésque capiebantur? cū ex omnibus prouincijs cōmeatu, & priuato, & publico prohibebamur? cum ita clausa erāt nobis omnia maria, vt neq; priuatam rem maritimam, neq; publicā iam obire possemus? quæ ciuitas antea vnquam fuit, non dico Atheniensium, quæ satis late quondam mare tenuisse dicitur: non Carthaginiensium, qui permultū classe, maritimisq; rebus valuerūt: nō Rhodiorum, quorum vsq; ad nostram memoriā disciplina naualis, & glo-

ria remansit: quæ ciuitas antea vn-  
 quam tam tenuis, tam parua insu-  
 la fuit, quæ non portus suos, & a-  
 gros, & aliquam partem regionis,  
 atq; oræ maritimæ per se ipsa de-  
 fenderet? At hercle aliquot annos  
 continuos ante legem Gabiniam  
 ille populus Ro. cuius vsq; ad no-  
 stram memoriam nomen inuictû  
 in naualibus pugnis permanerat:  
 magna, ac multo maxima parte  
 non modo vtilitatis, sed dignitatis,  
 atq; imperij caruit. nos, quorû ma-  
 iores Antiochû regem classe, Per-  
 sémq; superarunt, omnibus naua-  
 libus pugnis Carthaginenses ho-  
 mines in maritimis rebus exerci-  
 tatissimos paratissimósq; vicerût:  
 ij nullo in loco iam prædonibus pa-  
 res esse poteramus. nos quoq; qui  
 antea non modo Italiam tutâ ha-

bebamus, sed omnes socios in vlti-  
 mis oris authoritate nostri impe-  
 rij saluos præstare poteramus: tum  
 cum insula Delos tam procul à no-  
 bis, in Aegæo mari posita, quò om-  
 nes vndiq; cum mercibus, atq; one-  
 ribus commeabāt, referta diuitijs,  
 parua sine muro nihil timebat: ijde  
 nō modo prouincijs, atq; oris Ita-  
 liæ maritimis, ac portibus nostris,  
 sed etiā Appia iam via carebamus.  
 & his temporibus nō pudebat ma-  
 gistratus populi Romani in hunc  
 ipsum locum ascendere, cum eum  
 vobis maiores vestri exuuijs nauti-  
 cis, & classium spolijs ornatum re-  
 liquissent.

AT ENIM VIR CLARISSIMVS.  
 REFUTATIO, qua Q. Catuli & Q. Hor-  
 tensij contrarias sententias destruit: ij enim cō-  
 tra legem Maniliā de imperio Cn. Pōpeio mā-  
 dando, periculosum esse putabāt, si Pompeius  
 ad hoc tantū bellū mitteretur, cuius virtute vni-



uerſæ Reipublicæ ſalus niteretur . deinde nihil  
 oportere præter maiorum exempla atque inſti-  
 tuta noui fieri. quæ à Cicerone nõ ſolũ magnis  
 eloquentiæ viribus, ſed ſingulari etiam ingenij  
 acumine atque arte refelluntur . Nam vt ſalua  
 tantorum viroꝝ gratia ac dignitate (quæ hu-  
 ius oratoris paſſim eſt obſeruatio) ſua illis ſen-  
 tentiam detrahat, omnia alia quę vel ad nomi-  
 nis exiſtimationem, vel eloquentiæ laudem, vel  
 authoritatis pertinent amplitudinem, illis con-  
 cedit: in hoc ſolum nõ ſine animi moderatione,  
 & molli veluti articulo ſummos alioqui viros  
 taxat, quòd priuatis ſententijs publicam poſt-  
 ponant vtilitatem. quòd in Pompeio quicquam  
 noui fieri prohibeant, in quo tam multa ſint pu-  
 blico omniũ bono præter exempla facta. Hæc  
 adoleſcentes ad animi iudiciũ reuocare debent,  
 vt quanto conſilio, quãta fide, quanta etiam di-  
 gnitate Cicero agat, nec ſolũ de ingenij fama,  
 ſed etiam officij ratione ſit ſolicitus, ne quid cu-  
 pide, ne quid insolenter aut faciat aut dicat, co-  
 gnoscere queant: ita rectius & de ſuis, & de pu-  
 blicis iudicaturi rationib⁹. **SUMMIS ORNA-  
 MENTIS.** Summa ornamenta dicit cõſularẽ  
 dignitatẽ. **AB HAC RATIONE DISSEN-  
 TIVNT.** Hæc eſt propoſitio, quam *ἀπὸ τῆς*  
 vocant Gręci, refutandis obiectionibus accom-  
 modata: qua orator pollicetur, de aduerſariorũ  
 obiectionibus ſe dicturũ. quod ipſum & ad do-  
 cilitatem, & cauſæ vtilitatem exornationẽmq;  
 præcipuẽ pertinet. **RATIONE EXQVI-  
 RERE POSSVMVS.** κατ' ἀντιπρότασιν,  
 obiectionis cõfutationẽ promittit cũ perſuaſio

nis fiducia. QUID IGITUR AIT HORTENSII. ὕποφορὰ Hortensij. OBSOLEVIT  
 IAM ISTA ORATIO. λύσις siue ἀνθυσὸς  
 φορὰ, qua Hortensij sententiā destruit: & ab ex-  
 emplo docet priuatam sententiā populi vel vo-  
 luntati vel salutī cōdonandam esse. estq; hic lo-  
 cus vehemens vel ad suadendum vel dissuadendū  
 quod volumus: quōd exempla sint quædā  
 quasi experimēta & certa humanæ rationis do-  
 cumenta: & ita quisq; ad consentiendum per-  
 mouetur, vt ipso rerum vsu atq; euentu, qui sæ-  
 pe plus quā consiliū in rebus gerendis va-  
 let, est antè exercitus atq; instructus. SINGU-  
 LARI FACULTATE DICENDI. Cice-  
 ro in Bruto scribit Hortensium magna eloquē-  
 tiæ laude effloruisse, atq; Asiaticę dictionis stu-  
 dio in primis fuisse delectatum: eoque factum,  
 vt adolescens in causis agendis magis quā se-  
 nior floruerit. QUID TUM PER DEOS.  
 Figurata obtestatione, quam Δέσιμ vocant, si-  
 dem sibi conciliat: & per locum commiseratio-  
 nis ostendit quātum detrimenti Respublica ac-  
 ceptura fuerat, si Hortensij autoritas cōtra le-  
 gem Gabiniam valuisset: quantum item salutis  
 communi patriæ Pompeij prouidentia sit par-  
 tum. Hæc omnia acriora fiunt vi ἀποσφοφᾶς  
 QVAE CIVITAS. Expolitio per contētio-  
 nem. ATHERCLE ALIQVOT ANNOS.  
 Contētionis pars altera: vt collatione eius incō-  
 modi, quo ante latam legē Gabiniam oppres-  
 sa Romana Respublica fuit, declaret, quanto  
 beneficio Romanam libertatē Pompeij virtus  
 auxerit. DELOS TAM PROCVL. Cyclas

des Aegæo Creticq; mari adiacent: quarū prima & omnium clarissima, mercibus item & diuitijs refertissima est Delos, ob Phœbi numē, cū ceterę mouerētur, sola, stabilitate donata, vt scribit Pindarus poëta. est autem Delos appellata à manifestatiōe sui, quòd submersa statim in mari apparuerit. Plinius Ortygiā dicit à Latonæ sorore, & Asteriā ab astri similitudine Delū appellatā. **IN HUNC IPSVM LOCVM** Romanum intelligit forum, quod & Latinū & vetus appellatur, inter Capitolium & Palatiū situm, vbi Rostra, Aedes Saturni, Castoris & Pollucis delubra fuere: ad illud populus frequēs de Reipublicæ negotijs consulturus veniebat: quemadmodum senatores ad Comitium. Eundem in locum Romani magistratus finito honoris tēpore, imperij insignia deponebant: spolia item ac trophæa, fractarum nauium rostra & illiusmodi alia affigebantur. Erat præterea forum Olitorium, Pistorium, Piscarium, Cupedinis, Augusti Cæsaris, & cætera.

Bono te animo Q. Hortensi populus Ro. & cæteros, qui erant in eadem sententia, dicere existimauit ea, quę sentiebatis: sed tamen in salute cōmuni idem populus Romanus dolori suo maluit, quàm auctoritati vestræ obtemperare. itaque vna lex, vnus vir, vnus annus,

non modo nos illa miseria, ac turpitudine liberauit, sed etiam effecit, ut aliquando vere videremur omnibus gentibus ac nationibus terra, marique imperare. quo mihi etiam indignius videtur obtrectatum esse adhuc, Gabinio dicā? an Pompeio? an vtriq; id quod est verius. ne legaretur A. Gabinius Cn. Pompeio expetenti, ac postulanti. vtrum ille qui postulat legatum ad tantum bellū quem velit, idoneus non est, qui impetret: cum ceteri ad expilandos socios, diripiendāsque prouincias, quos voluerunt, legatos eduxerūt? an ipse, cuius lege salus, ac dignitas populo Romano atque omnibus gentibus constituta est, expers esse debet gloriæ eius imperatoris, atque eius exercitus, qui cōsilio ipsius, atque peri-

culo est constitutus? An C. Falci-  
 dius, Q. Metellus, Q. Cælius La-  
 tinienſis, Cn. Lentulus, quos om-  
 nis honoris cauſa nomino, cum  
 tribuni plebis fuiſſent, anno proxi-  
 molegati eſſe potuerunt? in hoc  
 vno Gabinio ſunt tam diligentes?  
 qui in hoc bello, quod lege Gabi-  
 nia geritur, in hoc imperatore, at-  
 que exercitu, quem per ſe ipſe con-  
 ſtituit, etiam præcipuo iure eſſe de-  
 beret. de quo legando ſpero con-  
 ſules ad ſenatum relatu-ros. qui ſi  
 dubitabunt, aut grauabuntur, ego  
 me profiteor relaturū: neque me  
 impediet Quirites inimicū edictū,  
 quo minus fretus vobis, veſtrū ius  
 beneficiūque defendā, neq; præ-  
 ter interceſſionē, quicquā audiam.  
 de qua (vt arbitror) iſti ipſi qui mi-  
 nantur, etiam atque etiam quū id

liceat, considerabunt. Mea quidem  
 sententia Quirites vnus A. Gabi-  
 nius belli maritimi, rerúmque gesta-  
 rum gloria Cn. Pópeio ascribitur,  
 propterea quod alter, vni id bellum su-  
 scipiendū vestris suffragijs detulit:  
 alter delatum, susceptúmque con-  
 fecit. Reliquum est vt de Q. Catu-  
 li autoritate, & sententia dicendū  
 esse videatur. qui cū ex vobis quæ-  
 reret, si in vno Cn. Pompeio om-  
 nia poneretis, si quid de eo factum  
 esset, in quo spem essetis habituri:  
 cœpit magnum suæ virtutis fru-  
 ctum, ac dignitatis, cū omnes pro-  
 pè vna voce in eo ipso vos spem  
 habituros esse dixistis. etenim talis  
 est vir, vt nulla res tanta sit, ac tam  
 difficilis, quam ille non, & consilio  
 regere, & integritate tueri, & virtu-  
 te conficere possit.

## CICORATIO

BONO TE ANIMO. Concessio siue permis-  
 sio rhetorica, quę pulchrè subsequētis conclus-  
 sionis clausulam præcedit. ITA QVE VNA  
 LEX. Parua huius loci conclusio: & trāsitus ad  
 aliam refutationem à persona A. Gabinij. QVO  
 ETIAM MIHI INDIGNIVS. Propo-  
 sitio iniurię, quę & Gabinio & Pompeio facta  
 est, κατ' ἀπορίαν, quę ad augendam orationē  
 pertinet: & veritatis fidem præcipuè commen-  
 dat: quasi nihil præmeditati, nihil ad fallendum  
 excogitati hæc habeat oratio. VTRVM IL-  
 LE QVI POSTVLAT. Argumento à mi-  
 nori probat Pompeio concedendum esse, vt le-  
 gatum postulet: quādo idem cæteris imperato-  
 ribus nulla ex parte cum Pompeij virtute con-  
 ferendis licuerit. Nam Pompeius A. Gabiniū,  
 postquam tribunatu abiisset, legatum sibi pro-  
 more dari postulavit: cuius petitioni quoddam alij  
 intercederent, Cicero hinc persuadere conatur, vt  
 Gabinius petenti Pompeio legetur. AN IPSE,  
 CVIVS. A persona Gabinij, cuius præclarum  
 in Rempubli. officium gratiam atq; laudem di-  
 cit mereri. AN C. FALSIDIVS. Probatio ἐκ  
 τῆς παραδείματος à simili. QVOS OMNES  
 HONORIS CAUSA. Præcastigatio, qua ta-  
 citam invidiæ suspicionem amolitur: quod ma-  
 gnus ille & sobrius orator passim ac semper  
 studio sibi habet. SPERO CONSULES AD  
 SENATVM. Sylla rerum potitus trecentos le-  
 git senatores, qui de creandis magistratib⁹, pro-  
 uincijs administrandis, de bellis, triūphis, prouin-  
 ciarum præsidibus decernēdis, exercitu scribē-  
 do, submittēdisque auxilijs, & totius denique

Reipublicæ negotijs liberam sententiã dicerēt, sanxitq; lege, ne quicq̃ nisi ex Senatusconsulto ad populum ferretur. Sed senatus cōuocandi cōsultūmq; faciendū ius atq; potestas ijs solum datur, qui vocationē prehensionēq; habebāt, vt Dictatori, Cōsuli, Prætori, Tribuno plebis, vel etiã vrbis præfecto, aut interregi. In quo & illud obseruabatur, vt habendū Senatus potestas ad illum primum deferretur, qui dignitate cæteris antecelleret. Neq; enim digniores præstantiorēsq; quorū maior erat authoritas, præterire licebat: nec Senatum nisi Augusto aliquo, & sacro in loco, ac deorum religione celebri conuocare fas erat. Priuatis autem hominibus aduocandi Senatum nulla omnino facultas dabatur. Ad hunc morem Cicero hoc in loco respicit. De hac re multa scribūt Lo. Cælius, Aulus Gellius lib. 14. cap. 7. & Alexander Genialium dierum libro 4. cap. vndecimo. **INIMICVM EDICTVM.** Edictum intelligit, de quo iam dixim⁹: ne ij, quib⁹ summa esset potestas, ab inferioribus negligerētur. Nam vt Gellius scribit, Quoties vsu venisset, vt omnes isti magistrat⁹ eodem tempore Romæ essent, tum quo supra ordine scripti essent, qui eorum prior alijs esset, ei potissimum Senatus consulendi ius fuit. **NEQVE ME IMPEDIET.** Προκαταλήψεται eorum occupat obiectionē, qui se facturos cōminabantur, ne senatusconsultum de legando Gabinio haberēt. **NEQVE PRÆTER INTERCESSIONEM.** Au. Gel. libro 14. capite septimo ex Marci Varronis sententiã scribit, intercedēdi ius, ne senatusconsultū fieret ijs so-

g. iij.



lis esse, qui eadem potestate, qua ij qui Senatus  
consultum facere vellent maiorésve essent.

Sed in hoc ipso ab eo vehementissimè dissentio, & quo minus certa est hominũ, ac minus diuturna vita, hoc magis Respu, dũ per deos immortales licet, frui debet summi hominis vita, atq; virtute. At enim nihil noui fiat contra exẽpla, atq; instituta maiorũ. Nõ dico hoc loco maiores nostros semper in pace cõsuetudini, in bello vtilitati paruissè, semper ad nouos casus temporum, nouorum consiliorũ rationes accõmodasse: non dicam duo bella maxima, Punicũ, & Hispaniẽse ab vno imperatore esse cõfecta, duas vrbes potētissimas, quę huic imperio maxime minabantur, Carthaginẽ, atq; Numantiã ab eodẽ Scipione esse deletas: nõ commemo-

rabo, nuper ita vobis patribusq; ve-  
 stris esse visum, vt in vno C. Mario  
 spes imperii poneretur, vt idem cū  
 Iugurtha, idē cū Cimbris, idem cū  
 Theutonibus bellū administraret: in  
 ipso Cn. Pōpeio, in quo noui con-  
 stitui nihil vult Q. Catulus: quā  
 multa sint noua, summāq; Catuli  
 volūtate constituta, recordamini.  
 quid tam nouū, q̄ adolescentulum  
 priuatū, exercitū difficili Reip. tem-  
 pore cōficere? confecit. huic præses-  
 se? præfuit. rē optime ductu suo ge-  
 rere? gessit. quid tam præter cōsue-  
 tudinē, q̄ homini peradolescēti, cu-  
 ius à senatorio gradu ætas lōge ab-  
 esset, imperium, atq; exercitū dari?  
 Siciiliā permitti atq; Africam, bel-  
 lumq; in ea administrandū? fuit in  
 his prouincijs singulari innocētia,  
 grauitate, virtute: bellum in Africa

maximū confecit, victorem exer-  
 citum deportauit. Quid tam inau-  
 ditū, quā equitem Ro. triūpha-  
 re? at eam quoq; rem populus Ro-  
 manus non modo vidit, sed etiam  
 studio omni visendā putauit. quid  
 tam inusitatum, q̄ vt cum duo cō-  
 sules clarissimi, fortissimiq; essent,  
 eques Ro. ad bellum maximum,  
 formidolosissimūmq; pro consule  
 mitteretur? missus est. quo quidem  
 tempore, cum esset non nemo in  
 senatu, qui diceret, non oportere  
 mitti hominem priuatum pro cō-  
 sule: L. Philippus dixisse dicitur,  
 non se illum sua sententia pro con-  
 sule, sed pro cōsulibus mittere. tā-  
 ta in eo Reipublicæ bene gerendæ  
 spes constituebatur, vt duorum  
 consulum munus vnus adolescē-  
 tis virtuti cōmitteretur. quid tam

fingulare, quàm vt ex Senatus con-  
 sulto legibus solutus, consul antè  
 fieret, quàm vllum alium magistra-  
 tum per leges capere licuisset? quid  
 tam incredibile, quàm vt iterum  
 eques Romanus ex senatusconsul-  
 to triumpharet? quæ in omnibus  
 hominibus noua, post hominum  
 memoriam constituta sunt, ea tam  
 multa non sunt, quàm hæc, quæ in  
 hoc vno homine vidimus. Atque  
 hæc tot exempla, tanta, ac tam no-  
 ua profecta sunt in eundem homi-  
 nem à Quinto Catulo, atque à cæ-  
 terorum eiusdem dignitatis amplif-  
 simorum hominum autoritate.  
 quare videant, ne sit periniquum,  
 & non ferendum, illorum autori-  
 tatem de Cn. Pompeij dignitate à  
 vobis comprobata semper esse,  
 vestrum ab illis de eodem homine

iudicium populique Romani auctoritatem improbari: præsertim cum iam suo iure populus Romanus, in hoc homine suam auctoritatem, vel contra omnes, qui dissentiunt, possit defendere: propter ea quæ istis reclamantibus vos unum illum ex omnibus delegistis, quem bello prædonum præponeretis. hoc si vos temere fecistis, & Reipublicæ parum cõsulistis: recte isti studia vestra suis consilijs regere conantur. si autem vos plus tum in Republica vidistis: vos his repugnãtibus per vosmetipsos dignitatem huic imperio, salutem orbi terrarum attulistis, aliquando isti principes, & sibi, & cæteris, populi Romani uniuersi auctoritati parendum esse fateantur.

SED IN HOC. ἀντιπρότασις. QVÒ MINVS CERTA EST. λύσις, quã venustè mu-

nit argumētatione rethorica, quæ græcis ὁ βίος αἰών, latinis fortasse violentum dicitur, & refutationis est propria. Nam aduersarij obiectionē simili ferē sententia, sed in contrarium sensum commutata destruit, ac perdit: & reluctantem aduersarium vi quadam, ac orationis impetu perturbatū alieno potius quā suo credere iudicio cogit. Est autem eiusmodi: Non est Pompeij vita vtendum, quòd nō sit diuturna. Imò hoc magis Pompeij vita, ac virtute, ad Reipublicæ dignitatem est vtendum, quòd ea sit incerta & non diuturna. MINVS DIUTVRNA. Plinius naturalis historiæ lib. 7. in præfatione, capite item. 7. eiusdem libri, quàm fragilis, & incerta hominum sit vita graphicè describit, testaturque exemplo humanæ fragilitatis, Fabium Senatorem in lactis hauſtu, vno strangulatum esse pilo. de vitæ breuitate plura scribit eiusdem libri Capite quinquagesimo. A TENIM NICHIL NOVI. Alia Q. Catuli ὑποφορά. Nihil noui & contra veterum instituta fieri oportere. NON DICO HOC LOCO. παράληψις, qua Catuli obiectionem ab exemplis infirmit. Sunt autē notæ historiæ. NOVOS CASVS TEMPORVM. Tempora, Cicero in orationibus vocare solet pericula, & Reipublicæ perturbationes. IN IP SO CN. POMPEIO. Efficax, & vehemens refutatio à contrario, qua Q. Catuli inconstantiam & quandam iudicij egestatem notat, quòd idem is in eodem hoc Pompeio dānet, quod summo antea consensu approbauerit. Eiusmodi rationem in refutandis aduersariorum obiectionibus in primis approbat Fabius Quin

tilianus cap. 13. lib. 5. vbi præcipit, oratorem ef-  
 ficere debere, vt quid aut contrarium esse, aut à  
 causa diuersum, aut incredibile, aut superuacu-  
 um, aut nostræ potius causæ videatur esse con-  
 iunctum. QUID TAM NOVVM. Subiectio-  
 ne rhetorica, quæ vehementi ac veloci oratione  
 cōsultantium excitat animos, probat cōtra Cas-  
 tili sententiam, noua permulta in Pompelo esse  
 constituta. Historiam suprâ annotauimus.  
 EQVES ROMANVS. Victo in Sicilia Car-  
 bone: & Africa tota in ditionē Ro. redacta Pō-  
 peius adolescens, & Eques Ro. sine exemplo, ac  
 veterum nullo instituto, (vt antè diximus) cur-  
 ru triumphali reuectus est. Porrò hic non sim-  
 plici cura obseruabis affluētē illam atque ad-  
 mirabilem orationis vbertatem, qua diuinus pe-  
 nē orator efflorescit. Nam ne sterilis & infœcū-  
 da orationis similitudo tædium gigneret audiē-  
 tibus, eundem sensum diuersis loquendi formis  
 ad hunc modum exprimit: Quid tam nouum?  
 Quid tam præter cōsuetudinē? Quid tam in-  
 auditum? Quid tam inusitatum? Quid tam sin-  
 gulare? Quid tam incredibile? AD BELLVM  
 MAXIMVM. Bellum dicit, quod in Hispania  
 Pomp. Metello additus cū P. Sertorio gessit.  
 Fuit enim ingens, magnum & cruentum bellū  
 ob gentes immanitate barbaras, & multitudine  
 etiam ipsa innumerabiles, quas Sertorius calli-  
 do commento, quò sibi barbarorum militū ani-  
 mos ad omnia imperata obeunda conciliaret,  
 sollicitauerat. Nam ceruam candidam eximie  
 pulchritudinis circumtulit per vniuersam His-  
 paniam, cuius monitu quæ dijs hominibūque

gratissima essent, se facturum dicebat. Quantū  
 autem cladis hoc bellum Romanæ libertati at-  
 tulerit, scribit Plutarchus in vita Sertorij, Ap-  
 pianus bel. ciuil. lib. 1. Eutrop. lib. 6. Front. lib. 1.  
 cap. 11. LV. PHILIPPVS. A iudicato. de  
 hoc Philippo plura Plutarchus quæ ad hunc lo-  
 cū pertinet, scribit. ΤΑΝΤΑ ΙΝ ΕΟΡΕΙΡ.  
 ἐπιφώνημα. QVAM VLLVM ALIVM MA-  
 GIST. Ad consularem dignitatem ex veterū  
 instituto nemo prouehabatur, nisi qui antea Æ-  
 dilis, ac deinde prætor populari suffragatione  
 fuisset creatus. Pōpeius autem, vt refert Liuius,  
 quum adhuc quæstor esset (qui magistratus ad  
 consularem ordinem non referebatur) cum im-  
 perio consulari aduersus Sertorium est missus.  
 QVÆ IN OMNIBVS. Expolitio per com-  
 parationem, ad concitandam maiorem admira-  
 tionem. ΑΤ QVÆ ΗΑΕC ΤΟΤ ΕΧΕΜΡΛΑ.  
 Accōmodatio eorum quæ dixit à iudicato Q.  
 Catuli, cuius authoritate adeoque totius popu-  
 Ro. consensu hæc tanta noua in Pompeio sint  
 perfecta. QVÆ RE VIDE ANT. Conclusio  
 per locum à contrario, quo dissentientium vo-  
 luntatem arguit: & populum Romanum à sua  
 authoritate impellit, vt Pompeio decernat im-  
 periū in Mithridatē. PROPTEREA QVÒD  
 ΙΣΤΙΣ. Probat Ro. populū authoritatem ab  
 antea actis rebus: vt innuat, eodem modo licere  
 populo reclamantibus cæteris, belli huius admi-  
 nistrationem Pompeio committere, quo antea  
 illi per legem Gabiniam, inuito senatu, piratis  
 cum mandauerit bellum. ΗΟC ΣΙ VΟC ΤΕ-  
 ΜΕΡΕ. Argumētum καθ' ὑπόθεσιν, quod op-



portunè inferitur , vt ab ipſo rerum euentu ac feliciffimo belli piratici ſucceſſu populi iudiciũ commendet.

Atque in hoc bello Aſiatico, & regio, non ſolum militaris illa virtus, quæ eſt in Cn. Pópeio ſingularis, ſed aliæ quoq; virtutes animi multæ, & magnæ requirũtur. difficile eſt in Aſia, Cilicia, Syria, regnĩſq; exterarum nationũ ita verſari veſtrum imperatorem, vt nihil aliud quàm de hoſte, ac laude cogitet. deinde etiam, ſi qui ſunt pudore ac temperantia moderatiores, tamen eos tales propter multitudinẽ cupidorum hominum nemo arbitrat. Difficile eſt dictu Quirites, quãto in odio ſimus apud exteras nationes, propter eorum, quos ad eas hoc anno cum imperio miſimus, iniurias, ac libidines. quod enim fanũ putatis in illis terris noſtris ma-

gistratibus religiosum? quam ciuitatem sanctam? quam domum satis clausam ac munitam fuisse? vrbes iam locupletes, ac copiosæ requiruntur, quibus causa belli propter diripiendi cupiditatem inferatur. Libenter hæc coram Q. Catulo, & Q. Hortensio disputarẽ summis, & clarissimis viris. nouerunt enim sociorum vulnera, vident eorum calamitates, querimonias audiunt. pro socijs vos contra hostes exercitũ mittere putatis? an hostiũ simulatione cõtra socios, atq; amicos? quæ ciuitas est in Asia, quæ nõ modo vnus imperatoris, aut legati, sed vnus tribuni militum animos, ac spem capere possit? Quare etiam si quem habetis, qui collatis signis exercitus regios superare posse videatur, tamen nisi erit idẽ, qui

se à pecunijs sociorum, qui ab eorū  
 coniugibus, ac liberis, qui ab auro,  
 gazaque regia, manus, oculos, ani-  
 mum cohibere possit: non erit ido-  
 neus, qui ad bellum Asiaticum, re-  
 giúmque mittatur. Ecquam putatis  
 ciuitatem pacatam fuisse, quæ locu-  
 ples sit: ecquam esse locupletē, quæ  
 istis pacata esse videatur? Ora mari-  
 tima Quirites Cn. Pompeium nō  
 solum propter rei militaris gloriā,  
 sed etiam propter animi continen-  
 tiam requisit. videbat enim po-  
 pulus Romanus non locupletari  
 quotannis pecunia publica, præ-  
 ter paucos, neque eos quicquā aliud  
 assequi classiū nomine, nisi vt de-  
 trimentis accipiendis maiore affici  
 turpitudine videremur. nunc qua  
 cupiditate homines in prouincias,  
 quibus iacturis, quibus conditioni-

bus proficiscantur, ignorant videlicet isti, qui ad vnum deferenda esse omnia non arbitrantur? quasi vero Cn. Pompeium non, cum suis virtutibus, tum etiam alienis vitijs magnū esse videamus. Quare nolite dubitare, quin huic vni credatis omnia, qui inter annos tot vnus inuentus sit, quem socij in vrbes suas cū exercitu venisse gaudeāt. Quòd si auctoritatibus hāc causam Quirites confirmandam putatis, est vobis author vir bellorum omnium, maximarūque rerum peritissimus, P. Seruilius: cuius tātæ res gestæ terra, marique extiterūt, vt cū de bello deliberetis, author vobis grauior esse nemo debeat. est C. Curio summis vestris beneficijs, maximisque rebus gestis, summo ingenio, & prudentia præditus. est Cn.

Lentulus, in quo omnes pro amplissimis vestris honoribus summū cōsiliū, summam grauitatem esse cognoscitis. est C. Cassius, integritate, virtute, constantia singulari. Quare videte, num horum auctoritatibus, illorū orationi qui disentiūt respōdere posse videamur.

ATQVE IN HOC BELLO. Alia Q. Catuli ὑποφορά. DIFFICILE EST IN ASIA. A ὑποφορά ad refellēdam obiectionem. Hac enim ostendit, Cn. Pompeium cum suis illis preclaris animi virtutibus, tum cæterorum imperatorum, qui nefarias iniurias libidinēsq; in prætorijs prouincijs exercuerūt, collatis vitijs magnū atq; excelsum esse. DIFFICILE EST DICTV Q VIRITES. A querela sociorū quod dixit probat, significans prætores quosdam ad prætorias prouincias, consulēsq; ad consulares prouincias cū imperio missos, ita nihil sibi in ōni avaritia ac libidine exercēda fecisse reliq; vt eorū etiam turpitudine, cæterorū nomini ac famæ, ignominia labem aspergat. QVOD ENIM FANVM. A signis declarat, quantum detrimentī Consularibus prouincijs attulerit quorūdam imperatorum cupiditas: & affectus à rei indignitate mouet. CIVITATEM SANCTAM. Sanctum Martianus in L. Sanctum: titul. de re

rum diuisione, à Sagminibus ductū existimat, quibus foeciales ad foedus sanciedum profecturi utebantur, auctore Liuiio. Sacrae autem res iurisconsultis dicuntur, quae rite per Pontifices deo consecratae sunt: veluti aedes sacrae, donaria templis dicata, Muri & portae ciuitatis. Hinc Sancti muri, Sancta ciuitas, & C. LIBENTER HAEC CORAM. A Catuli & Hortensij testimonio sociorum Romani populi attritas esse fortunas, Roman. Imperatorum auaritia docet. PRO SOCIIS VOS. Ερωτήματα foedam imperatorum cupiditatem per locum à contrarijs exprimit, & orationem facit cōcitatoriē ad perturbandos affectibus audientes. QVAE CIVITAS EST. Argumentum à minori ad maius. QVARE ETIAM SI QVEM. Clausula per fictionem, eum nempe ad bellum Asiaticum mittendum, qui insigni animi vitæque sit continentia, qualem Pompeium esse ostendit. ECQVAM PVTAETIS CIVITATEM. Expolitione amplificat immoderatam Prætorum cupiditatem, cum insectatione, quae conduplicationis figura fit acerbior. Quanta autem Romanorum fuerit auaritia ac habendi cupiditas argumēto esse vel hoc solum potest, quod cum Annibal ad Antiochū regem profugisset, eumque rex, suū exercitū eximia suppellectile multo auro & barbarico plane apparatu instructū ostendens rogaret, num hæc suffectura essent Romanis, respondisse dicitur, sibi quidem videri satis ea esse multa, etiā si auarissimi sint Romani. Hoc enim dicto rerū prudens dux, & grauissimis belli periculis exercitus inexplebilē Romanorū notauit auaritiā.

ORA MARITIMA. Præparatio eius suasionis, quam fusius in subsequenti tractat epilogo, ut Asiatici belli summa vni Pompeio concedatur, à iudicato & voluntate sociorum Romani populi *πῆς μετωνυμίας* figurā. CLASSIVM NOMINE. Eos intelligit, qui classibus præfecti, nauale prælium gerebant magno sociorum Ro. populi detrimento. IGNORANT VIDELICET ISTI. *ἰσπῶνεία* ad illudendā Hortensij & Catuli sententiam. QVARE NOBILITE DVBITARE. Conclusio totius refutationis cū breui adhortatiōe. QVOD SI AVTHORIBVS HANC. Infirmat ac collidit Q. Catuli atq; Hortensij autoritatē simili grauissimorū virorū omnia ad Pōpeij, virtutē deferentiū autoritate. qui locus est & ad persuadēdū utilis, & ad conuincendū vehemēs. P. SERVILIVS. Huius P. Seruiliij meminit L. Florus lib. 3. cap. 6. Missus in piratas Publius Seruilius, inquit, quāuis leues & fugaces, & Myoparonas graui, & Martia classe turbaret, non incruenta victoria superat. Sed nec mari submouisse contentus, validissimas vrbes eorū, & diutina præda abundantes, Phaselin & Olimpon euertit. hæctenus ille. Isaurum sanè oppidū, flumine eo quo hostes aquabantur auerso, ad deditionē sui compulit. Lege Sex. Ruffum, Eutropium lib. 6. cap. 1. & Front. C. CYRIO SVMMIS. C. Curionē opinor intelligit, cui<sup>9</sup> pōst fuit in Africa recipienda magna & virtus & calamitas, vt scribunt Appianus bel. ciuil. lib. 2. Cæsar lib. 2. cōment. Lucanus in quarto Pharf.

Quæ cum ita sint C. Manili, pri

mum istam tuam & legem, & voluntatem, & sententiam laudo, vehementissiméque comprobo. deinde te horror, vt authore populo Roma. maneat in sententia, néve cuiusquam vim, aut minas pertimescas. primum in te satis esse animi constantiæq; arbitror. deinde, cum tantam multitudinem, cum tanto studio adesse videamus, quantam non iterum in eodem homine præficiendo vidimus, quid est quod aut de re, aut de perficiendi facultate dubitemus? ego autem, quicquid in me est studij, consilij, laboris, ingenij, quicquid hoc beneficio populi Romani, atque hac potestate prætoraria, quicquid autoritate, fide, constantia possum, id omne ad hanc rem conficiendam tibi, & populo Ro. polliceor, & defero: testorque



omnes deos, & eos maxime, qui  
 huic loco, templóque præfident,  
 qui omnium mentes eorũ, qui ad  
 Rempubli. adeunt, maxime perspi-  
 ciunt, me hoc neque rogatu facere  
 cuiusquam, neque quo Cn. Pom-  
 pei gratiam mihi per hanc causam  
 conciliari putem, neque quo mihi  
 ex cuiusquã amplitudine, aut præ-  
 sidia periculis, aut adiuuãta hono-  
 ribus quæram: propterea, q̃ pericu-  
 la facile, vt hominẽ præstare oportet,  
 innocentia tecti pellemus: hono-  
 norem autem, neq; ab vno, neque  
 ex hoc loco, sed eadem nostra illa  
 laboriosissima ratione vitæ, si ve-  
 stra voluntas feret, consequemur.  
 Quã ob rem quicquid in hac cau-  
 sa mihi susceptum est Quirites, id  
 omne me Reip. causa suscepisse cõ-  
 firmo: tantũmq; abest, vt aliquam

bonam gratiam mihi quæfisse videar, vt multas etiã similtates partim obscuras, partim apertas intelligam, mihi non necessãrias, vobis non inutiles suscepisse. sed ego me hoc honore præditũ, tantis vestris beneficijs affectum, statui Quirites vestram voluntatem, & Reipublicæ dignitatem, & salutem provinciarum, atque sociorum, meis omnibus commodis, & rationibus præferre oportere.

Q V A E C V M I T A S I N T. Peroratio, qua Manilij legem ac sententiam de Cn. Pompeio Asiatico bello præficiendo laudat: eũmq; hortatur in eadẽ vt maneat sententiã. N E V E C V S I V S Q V A M V I M. Plutarchus in vita Pompeij scribit, Gabiniam legẽ admodũ fuisse plebisque inuisam, q; ea publica libertas, si vni Pompeio rerum summa decerneretur, proderetur: & L. Lucullus triumphĩ priuaretur gloria. sed ne quisquam præter Catulum intercederet, fecisse concitatæ plebis metum: quo multorum animi fracti sese cõtinuerũt. E G O A V T E M, Q V I C Q V I D. A suo officio & in Rempublicam studio populi Ro. consensum demeretur, suãmq;

CICORATIO

operam omnem Manilio populóq; Ro. pollices  
 tur. TESTOR QVE OMNES DEOS. Obs  
 testatione deorum, quam *δήσις* Græci vocant,  
 verè ac rectè suadendi libertatem sibi cõfirmat:  
 remouetq; suspicionem omnem, ne qua gratiæ  
 captadæ, vel depellèdi periculi causa hæc dice  
 re videatur. QVA MOBREM QVICQVID.  
 Commendatione officij & propensi in Rempu  
 blicã affectus benevolentiam captat ad emer  
 dum Romani populi fauorẽ. BONAM GRA  
 TIAM. *ἐπιθεσις* addit, quòd quedam nomina  
 sint *μέλα*, id est media, vt dolus, fama, valetudo,  
 gratia, venenum. &c.

FINIS.